FRANCISCO MUELA
SANTA ANA, 1
CORDOBA

62

54300



R. 53

I. IVNIANI MAII EQ. VITIS PARTHENOPEI ET ORATORIS CLARISSIMI AD INVICTISSIMVM FERDINANDVM REGEM ITALIAE IN LIBRVM DE PRISCORVM PROPRIETATE VERBORVM PROLOGVS FELICITER INCIPIT.

Plura sunt sapientissime rex quæ me hortantur siquidem est q; litterarum ingenio elaborare aut studio efficere possim: ut aliquod litterarū emolumentum nostris iuuenibus conferamus. Cum nostra hæc ætas quæ priscorum eloquentia iampridem æmulari contendit suo non defraudata incepto uix pristinæ gloriæ cessura uideatur: Quin latina studia quæ olim longa intermissione abfolera & uelut muta propter barbarorū colluuioné interierint & nostrorū secordia consenuerint. Nunc demum uiri singulari ingenio præditi: omniq; armati eloquio tanq; in subsidio locati accurrunt & in pristinū dignitatis gradum uédicāt: ut quæ olim nostra obmutuerint sæcula nunc tandem in pristinā restituti facundiam eloquantur. Accedit ad hæc: q; germani solerti ac incredibili quodā inuēto nuper nouā quandam elemē torum characteres imprimēdi rationem iiuenerunt: ut quantū uix annum bini exscripserit librarii unus una die ipressor cōfecerit precipue Ioannes uercellensis uir ingenio & elegantia in hoc genere impressionis effloruit: Qui quidē tantum librorum omnis generis ꝑuentum attulit: ut magnā adepti opportunitatem uideantur: qui litterarum studio ad gloriā cōpādā enituné. Quapropter satis cōmodū usum est quæ prisci recentesq; grammatici de uī uocabulo; tanq; p diuulsa mēbra conscripsere: ne incōpositos & uelut cōgerie quadam cōgestos iacere ac sordescere pateremur in unū corpus redigere: ut aliquos nō paruo meo labore neque mediocri studio integros inserendos: aliquos ne nimiū opus increscret in compendium redactos adiunxerint: præcipue Laurentiū uallam: Torteliumq; qui multa & ea quidem erudita in commune protulerunt. Quippe quorum non tam fuerat (ut sic dixerim) castiganda luxuria: q; cōmendanda parsimonia. Nam horum curiosam censurā cumulumq; exemplorum: quorum numerosa potius lectorem detereret ambitio: q; alliciat accōmodata copia: quo ad potui in breuioré usum coercui: prærerea quæ Seruius honoratus quæ Dōatus i Virgiliū ac Terentium cōmentati sunt: quæq; Porphyrion: Acron in Horatiū: quæ Asconius pedianus: Priscianus: Macrobius: Aulus gellius breuiores tantum q; suis congressionibus disputarunt. Quæ autē Varro: Festus Pom. Nonius Mar. ac iuriconsulti: quæ Iouianus pontanus de aspiratiōe. Strabonisq; & ex aliis pluribus claris autoribus nonnulla digessi. Quo quidē cōpendio nostri studiosi iuuenes: qui ad hoc absoluendū tam cupide inflammarunt q; sibi hoc profuturū arbitrati. Cæteri quoq; non ingratum munus fore putauerunt uæhementer gaudebunt: Antonelli quoq; petrutii clarissimi honestissimiq; uiri hortatu ad hoc ipsum me cōtuli quem litterarum erudita peritia non minus reddidit præstantē q; incredibilisq; prudentiæ magnum effecit & illustrem. Cuius iudicium & hortatio quæ ab assentationis suspitiōe tā longissime abest q; ab assentandi causa: uirtus animiq; suo satis robore firma est: felicioriscq; fortunæ conditio quæ satis ampla magnificaq; nitet: & ignauos ad gloriæ studiū excitare: & studiosos ad laudis comparationē firmare potest. Hoc igitur opus tuæ felicitati propter incredibilem sapientiā & litterarum studia quæ ꝑrimis & foues & contines dedicandum putaui. Quod ab hilari uultu accipies qué indicem animi tui rebus iam tranquila pace firmatis non abhorrentis præte ferre soles, Lege feliciter.

COMPOSITA PLAE
runq; ſeparatione ſigni
ficat:ut amoueo auello
Neq; pro particula pri-
uatiua græca accipitur:
quæ latinis uocabulis
cõnecti non poteſt:græ
ca enim cum latinis cõ
poſitiõem renuũt: imo
teſtimonio Quintiliani admittunt: ut bicli
nium quo etiam Plautus utitur. Amens er-
go non dicitur ſine mente:ſed qui a mente
ſua diſceſſerit:teſte Varrone:licet Feſtus diſ
ſentiat: poterit tamen dictio græca uideri.
Priſcianus.

A & ex differunt: a theatro enim uenit qui a
loco qui iuxta theatrum eſt uenit:e theatro
uero uenit qui in ipſo theatro fuit: his con-
traria ſunt ad & in. Seruius in arte.

A quoq; præpoſitio:& iteriectio & nomẽ ele-
menti eſt. præpoſitio:ut a ſummo ad imum
Interiectio:ut in buco. Ah ſilice in nuda cõ-
nixa reliquit:ſed tum aſpiratur Priſciani te-
ſtimonio:& nomen ipſius litteræ.

A pro con. Vir. in buco. Coniugis ut magicis
ſanos auertere ſenſus Experiar. pro conuer-
tere. Seruius in arte.

A pro de. Te. in adel. A uilla mercẽnarium ui-
di. pro de uilla. an deeſt ueniſſe: ut ſit a uilla
ueniſſe: ſcilicet mercennarium Dona.

Abs pro ex. Te. in ecy. Abs ſe ſuam uoluptatẽ
ut expleat. Dona.

Abs proferẽ hoc modo: ut abſtine abſte. Ser.

Abs præpoſitio a græco ἀπὸ deducitur: ſigni
ficat autem retractionem in partem poſteri
orem. Feſtus.

Ab andria é ancilla hæc: pro andriæ: nam ſic
uſu dicere ſolemus. Dona.

Aalac mons eſt: cuius nomen alii diuidentẽ
montem interpretantur: alii uero læuem: id
eſt limpidum ſeu lubricum: & in Syria con-
ſtituitur eminet.

Ab cum duabus liquidis: & cum i quando fit
conſonans adiungi ſolet: ut ab lege: ab litte-
ris: ab regeab re: ab Ioue. abs uero cum t ut
abſte. Interdum cum q: ut Terẽ. Abs quiuis
homine beneficiũ accipere gratum eſt. Lau.

Abacus menſa ſuper qua potoria uaſa locan
tur: & uidetur quadratus. Inde etiã decupla-
tionum tabella: inde abaculus.

Abacus eſt menſa in qua geometræ deſignant
loca uel menſuras.

Abacus menſam ſignificat in qua pocula po-
toria diſponebantur non capiebat autem ſu
pra ſex: quod eſt inſtitutum cum Pompeius
ſex pocula mirrina triumpho attuliſſet nu-
merum certum uaſorum in abaco deſignat

Plinius cum ait Pompeium attuliſſe uaſa d
auro & gemmis nouem abacorum idem au
tem de ſex poculis.

Abacia quære in dictione caliſtus.

Aba quære in dictione caliſtus.

Abacti magiſtratus dicebantur qui coacti de-
ponebant imperium. Feſtus.

Abactores pecuariorum animalium fures: la-
trunculiue: hos quidam abigeos uocant. Vi
pianus.

Abigei proprie hi habentur qui pecora de pa
ſcuis uel ex armentis ſubtrahunt: cæterum
ſiquis ouem oberrantem: uel equos in ſoli-
tudine relictos abduxerit: non eſt abigeus:
ſed fur potius. Claudius uero ſiquis qui una
ſuem ſurripuerit ut fur coercebitur: qui gre
gem ut abigeus. Marc. neq; loci neq; quanti
tatis diſcrimen facit: ait enim. Abigeatus cri
men duplicis iudicii non eſt: quia furtum
magis eſt.

Abalienatus dicit quem quis a ſe remouerit.
Feſtus Pompeius.

Abambulantes diſcedentes. Feſtus.

Abantes populi Ionum inter achiuos. Hero-
dotus: & iuxta pontum: ut orpheus in argo-
nauticis: & in euboia: ut Ariſtar.

Abana fluuius eſt damaſci: in radicibus libani
mõtis exortus: in Syriacũ effunditur mare.

Abarim mons eſt excelſus: diuidens terram a
mon & euphratis a terra promiſſionis cõtra
Hiericho: iordanem uſq; fluuium radicẽ p
tendens: oſtenditur quippe alcendẽtibus de
libya in heſbon: inſignis eſt aũt morte Moy
ſis inclyti atq; primi hebræorum ducis.

Abaſtones ſunt populi ſupra iacentanos i Hi-
ſpania ad ſeptentrionem. Stra.

Abatos breuis inſula inaceceſſibilis ultra palu-
dem: quæ uicina eſt ciuitati ſyenæ: ut ſquit
Seneca de ſitu & ſacris ægyptiorũ: unde Lu
canus. Hinc abatos quam noſtra uocant ue
neranda uetuſtas. dicitur ab a ſine & βαί-
νω accedo: quia inacceſſibilis eſt.

Abaton inſula in extremis ægypti: in palude
memphitica: & ubi Nilus magno fragore de
ſcendit.

Abauus dicit qui abeſt ab auo: & eſt auus aui.
Feſtus Pompeius.

Abdatana ſyriæ ciuitas: ubi cambyſes mortu
us eſt.

Abdera urbs in thracia a ſorore Diomedis p
pe xyrida ſtabulum Diomedis: & ẽ iuxta bi
ſtonium ſtagnum patria Democriti.

Abderus puer: quem Diomedis equi comẽde
runt. Philoſtratus.

Abdicare eſt expellere a bonis filium dum ui
uit: exhæredare uero poſt mortem: ſed abdi
care eſt grauius: quod etiã in ſe exhæredatio

nem continet:Lau.

Abditiui abortiui.Festus.

Abdomen suum pinguedo: Iuuenalis. Abdomine porcæ.

Abdues : abdideris.Festus.

Abducere est per fraudem auferre.Cicero.Per uim ac dolum abductæ ab rhodo tibicinæ. Teren.in eu. Quanq illam abducere cupio. dixit quasi ab stulto:nec per uerum meritū: sed per fraudem:& abducitur alienum:ut in heauton.Abducimus tiam bacchidem: & i adel.Ad me abducta é domum.Vir.Et gremiis abducere pactas.Dona.

Abducimus unde uolumus:ducimus quo uolumus:& alibi abducere alienum:& Teré.in adel.ad me abducta est domum.Dona.

Abduce pro abduc.Teren.in adel.Hunc abduce postea & in huiusmodi uerbis abducta é. Donatus.

Abducitur uxor a marito:accersiri autem dicitur ad maritum.Teré.in ecy. Filiam abduxit suam.Donatus.

Abominor utrāq; significatione:abutor simi liter ut. Quintil.Hortensius abusus iam ois bus locis. Varro. utile utamur potius q̄ rege abutamur.

Abesse res uidentur:ut Sabinus ait.& Pedius ,pbat:etiā hæ quarum corpus manet forma mutata:& ideo si corruptæ & redditæ sunt uel transfiguratæ uideri abesse res tūc uidetur:quum sic redit in potestatē ne amittere possessionē possimus:ob hoc q furto pridē subtracta est.Abest etiā ea res quæ in rebus humanis non est.Caius de uerbo.

Abesse rem Labeo & Sabinus existimant.si uestimentū scissum reddatur:uel res corrupta reddita sit: ueluti scyphi collisi aut tabula: rasa pictura:quoniā earū rerū precium non in substantia:sed in iure sit positū.Ité si eam dominus ré quæ sibi furto aberat ignorās emerit: reḡe dicitur res abesse:etiam si postea id ita esse scierit.quia uidet res eius abesse cui precium abest.Paulus eo.ti.

Abest quod extra cōtinentiā urbis est:cæterū usq; ad continentiam non abesse uidetur.

Abeo gratiā inibo,Terenti.in eu.Prō eius gratiam inibo:& in and . Hæc primum ab illo animaduertēda est iniuria:adeo amat. Terē. ablatiuum pro genitiuo ponere.Donatus.

Abnito significat demito uel auferto: emere enim dicebant antiqui pro accipere .Fe.

Abercet prohibet.Fe.

Aberuncare auertere.Lucilius libro xxvi. Diminuerūt meliora amentiam aberūcassent tuā. Pacuuius:modo possim ego istā capite cladem aberuncasse.M. Tul.de finibus bonoḡ & malorū. Dii maluerūt meliora atq; amētia aberūcassent meam.Nonius.

Abgregare:idest ab grege ducere.segregare:ex pluribus gregibus partes subducere . unde egregius dicitur e grege lectus:quorum uerborum frequens usus non mirū si ex pecoribus pēdet:cū apud ātiquos opes & patrimonia ex his præcipue cōstiterint.ut adhuc ét pecunias & pecnlia dicamus.Festus.

Abhinc.i.& antehac.& est abundantia præpositiōis:teste Pri.li.xvii. Teré.i. an.abhinc triennium:prohinc.Aduerbio iūgitur præpositio ut abhinc decem annos: pro ante decē annos.Item antehac:posthac:deorsum:deinceps:deinde:exinde:abusq;adusq;.Vir.i.vii. Adusq; columnas:præterea desubito: derepente:deimprouiso.Est tamen abusio: nam præpositio & aduerbium coniungi abhorrent:dicimus tamen demane & amane cum dicendum sit mane. Plau. in amphi. Amane usq; ad uesperum illic pugnata est pugna. Seruius.

Abhorreo ab hac re idem est quod perḡ alienus sum ab hac re:& semper postulat ablatiuum.Laurentius.

Abhorreo cum accusatium habebit expauescere significat:ut Suetonius libro. ii, nam pomiliones atq; distortos abhorrebat:pace Laurentii.

Abydus in asia ciuitas hellesponti.Vir.Ostriferi fauces tentantur abydi .

Abigere est a loco fugare atq; expellere:ut abigere muscas.Quintilianus.Ibo in littus miser:plānctibus aues abigam. Abigimus & omnes cæteraq; animalia cum odiosa sunt. Ité si furto tollimus utiq; gregatim abigere dicimur:ut apud eūdem abacti pecudum greges sub hoc titulo defendebantur:contrarium est huic arcere:id est ne qui ueniunt accedant uetare.Lau.

Abies abiegnus pro materiato ex illa arbore formabit.Lau.

Abigere mittere non ut hominem: sed ut pecudem unde abactores dicti sunt. Ci.in uerrinis.equorum greges istum abigēdos curasse.Teren.in adel.abigam hinc rus.Do.

Abila & calpes columnæ Herculis ubi accipitur angustissimum pelagus & proxima inter se europæ:atq; aliæ littora montes efficiunt uterq; quidem:sed calpes magis & pene totus in mare prominens. Is mirum in modum cōcauus ab ea parte qua spectat occasum medium fere latus atq; inde ingressus totus admodum peruius propē quem tuparet sinus & spacus ultra est Pom. m.

Ablepsia crates.cordis præduratio .

Abila mons præ altus ei quem exaduersō hispania accolit obiectus hunc abilam illum

calpem colunnis herculis utrunq; addit fama noſis fabulâ herculê ipſum iuctos olim iugo diremiſſe colles atq; ita excluſum âtea mole montium oceanum: ad quæ núc inú dat admiſſum hunc iam mare latius fundit ſúmotaſq; uaſtius terras magno impetu inflectit. Cæterum regio ignobilis & uix qcq illuſtre fortita paruis oppidis habitatur. Par ua flumina emittit: ſoloq; uiris melior: & ſegnicie gentis obſcura. Pompeius.

Abydos & feſtos oppida ſunt ad hoſtia helleſponti utroque littore ad ſtadia. xxx. inter ſe diſtant a portu in portum pontis locus eſt paulú ab urbibus egredienti ad feſton locus quidam apobata dictus ad quem ratis úicta fuit. abydum milefii condidere gygelydorú rege permittente.

Abolitio ẽ criminis remiſſio ut ad. S. C. turpilianum & de abolitionibus criminum libro xlviii. ut locus ille apud Papiniâum eximẽ autẽ reus crimine abolitione interueniente

Abiga fluuius eſt numidiæ.

Abitionem antiqui dicebant mortem. Fe.

Abietaria negocia dicebantur: quam materiâ nunc dicimus uidelicet ab abietibus concidendis. Feſtus.

Abiicio & ſimilia cõpoſita duplice ii ſcribi debent mutatur enim a littera in iiut iacio reicio: ſubiicio: conſicio: quæ littera mutatur in e ſ præterito: ut conieci: abieci. uerſu autẽ ut numerus conſtet abiicitur cõſona ut reicce capellas: & proice tela manus ſanguis meus. Virgilius. imo ambo i manent nã & pice dactylum facit & reiice capellas proceleu maticú ubi i non eſt duplex quia compoſita eſt dictio.

Abiiſſe pro adiiſſe dicebant. Feſtus.

Abintegro denuo. Virgilius in buc. Magnus abintegro ſæclorum naſcitur ordo.

Abyſſus aquarum profunditas. Tor.

Abire dicitur quod paulatim nos deſerit. Ter in adelphis. Menſes abierũt decem. & abi di, cimus quaſi hærẽti: morantiq;. Idem in an. Vos iſtæc intro auferte: abite. Donatus.

Ab illo eſt cum dicimus: hoc ſignificamus illi fauet: illi accommodat ſuffragium. Te. in an. ab andria eſt: hoc eſt andriæ fauet. Dona.

Abiugat ſeparat alienat in cœlo quæ res te a ſtabulis abiugat certum eſt loqui. Nonius.

Abiurare eſt rem creditam negare periurio aliquando & abiurare contra ius tenere. Vis. libro octauo æne. Abiuratæque rapinæ cœlo oſtenduntur. Ser.

Ablatiuus pro genitiuo. Pla. in pſeudo. uno mõ cupide iuro triſtis. Lu. in primo ſa. Porro quæcunq; & quicunq; ut diximus ante extiterit: primo hoc minuendo refert res Virgilius in ſecundo ge. Illa ferax oleo eſt Nonius.

Ablatiuus pro accuſatiuo. Virgilius in octauo. Gratior & pulchro ueniens in corpore uirtus. Adiuuat. Nonius.

Ablegmina partes extarum quæ immolãtur. Feſtus.

Ablegare eſt proprie alio mittere dictum a legatis: qui cum legationibus mittuntur. Terentius in ecy. aliquo eſt mihi ablegandus dum parit philoméa. Nonius.

Abligurire eſt ſuauibus eſcis cõſumere. Λιγυρον enim græci ſuaue appellãt imo modulatum. Terentius in eu. Itidem patria qui abligurierat bona: & in heauton. quæ cum a matore concœnant liguriunt. Donatus.

Abluuium pro diluuio poſitũ a laberio. A. g.

Ablutio depurgatio eſt. fit cum diis ſupera ſacra facimus: cum uero inferis ſola aſpergie purgamur: Virgilius donec me flumine uiuo abluero de inferis ſacris. idem in quarto Dic corpus properet fluuiali ſpargere lipha: Macrobius.

Abnutare ſæpe abnuere. Fe.

Abnegamus ſi quid petitur. negamus ſi quid obiicitur.

Abnormis: ideſt enormis. Horatius libro ſer. Ruſticus abnormi ſapiens craſſaque minerua.

Ab olla genus ueſtis ſenatoriæ quaſi abulla quia undique ſit bullata. Fe.

Abollis dicebant pro ab illis. antiqui enim lit teram non geminabant. Fe.

Abolla ueſtis militaris ſagum ſimiliter & lena Varro in coſmote. Toga tracta eſt & abolla data eſt ad turbam ubi fera militia in munera uelli ut præſtarem. Nonius

Aboleſcet pro abolebitur. Virgilius tanti ne aboleſcet gratia facti. Eſt enim abolere: tollere: abradere: deſtruere: ut Aulus gellius ex duodecí tabulis de teſtimoniis falſis pœna aboluiſſet pro abolita eſſet uel deſtruiſſet.

Abominari pro obteſtari poſitum é. Ti. liui. libro ſexto. Et hoc portenti non ſiet in urbe Romana ubi Sextum atque hunc. Caiũ. licinium. Conſ. quod indignaris. quod abominaris uideas: aut omnia accipere: aut niſi ferre. Seruius.

Abona fluuius eſt britanniæ.

Aboriatur pro abortu. Varro pro Callio uel fundano de admirãdis rebus. uinum qđ ibi natum ſit in quodam loco ſi prægnans biberit oportet fieri ut aboriatur. Nonius.

Aborigines appoſiti ſunt Romæ Strabo.

Aborigines quartæ regionis palatium quod palantes cum Euandro uenerunt. qui etiam palatini aborigines ex agro aretino: quod

dicitur palatium ubi cōfederunt. Varro.
Aborigies appelati sunt q̄ aberrantes cōuene rint in agrum: qui nunc est populi romani sint enim gens antiquissima Italiæ. Fe.
Abortum grauidæ mulieris dicitur: q̄ non sit tempestiue ortum. Fe.
Abortum esse non est latinum: sed facit abortū. Te. in ecy. sed si fieri non potest quin sentiat: dicā abortum esse. deest natū uel factū uel absolute: quomodo dicius e re nata uel ex te mihi orta est iniuria. Do.
Abradi per uim auferri. Te. in phor. unde ali quid abradi potest. Donatus.
Ab re contra utilitatem: in rem pro utilitate. Te. in ecy. Si in rem est bacchidis. Dona.
Abrotanū herba est calidæ uirtutis. Hor. ab rotanum ægro non audet nisi qui didicit dare. Acron.
Abrotonium propriū mulieris: ut Glyceriū: & cætera ab ἄβρον quod est græ. glabrum siue delicatum. sed tū hēt aspirationē abrotoniū dicta quod sit apta ἁplexibus.
Abrogantur qui cum sui iuris sunt: in alienā sese potestatem tradunt eiusque rei ipsi actores sunt. Au. gel.
Abrogare est infirmare. Fe.
Abrogatur legi cū prorsus tollitur. Derogat cum pars iustollitur. Cic. ad Heren. Ite illa defensio tenuis est: cum ostenditur id factū esse quod ea lex sanciat: cui legi abrogatū uel derogatum sit. Ser.
Abscondo abscondidi Plau. in carbonaria: secundum ipsam aram aurum abscondidi. Pri scianus.
Abscondere est de industria. abstrudere uero a natura. Virgilius in sexto. Quærit pars sesæmina flammæ abstrusa in uenis silicis: & geor. ut uenis silicis abstrusū excuderet ignē. Seruius.
Abscondit pro abscondidit. Pōpōius: Inachio geminis perii non puellula est: nunquid abscondisti inter nates. No.
Absartus fluuius est i pachieris mōtibus Asiæ ortus: in pontum effluit: haud longe a trapezonte: eum heniochorum fluuius sit.
Absente nobis & præsente nobis attico more dicitur. sicut aperite aliquis. Te. in adel. aperite aliquis actutum. Pri.
Absente nobis & præsente nobis: pro absentibus & præsentibus nobis. Plau. in amph. nec nobis præsente aliquis quisq̄ ausi sunt. Affranius in actione adest si hanc absēte nobis inuenerit puer. No.
Absentem accipere debemus eum qui nō est in eo loco i quo petitur: non enī trans mare absentē desideramus. Etsi forte extra contineniā urbis sit abest. cæterū usq; ad contineniā non abesse uidebitur: si nō latiter. Abesse aūt nō uidebit qui ab hostibus captus est: sed qui a latronibus detinetur. Vlpi.
Absepus fluuius Asiæ est apud lapsacum oppidum præterfluens: ex quo priapus fuit ob fœcenis uirilibus cognitus.
Apsinthium græce per ψ herba ē amara hic populi iuxta pōtum & mons.
Absyrtides insulæ in pontico mari.
Absyrtus frater medeæ: a flumine qué iuxta tomos laniauit: unde nomē accepit. is prius ægialeus dictus est: ut Iusti. xlii.
Absis b pro p: arcus testudineus & forceps: ab ἁπτω το ἁψις contingo: imo absis siue apsis rota quarta pars ut herō i mathēaticis docet
Absilis seu absilia paruus fluuius est asiæ: latiā præterfluens ciuitatem.
Absis dicitur principium exaltationis planetæ in suo deferēte. i. illa ps circuli in q̄ planeta incipit eleuari: Absis dicitur in qua pla neta adeo distat a sole q̄ aplius distare non potest.
Absoluere est reddito precio dimittere. sunt enim uelut legati quibus debetur aliquid. dicūtur etiam illi qui cū debitores precio; fuerūt pecuniam reddunt debitā. Do.
Absoluere pficere est: unde absolutū opus dicimus. Cic. in ora. quo fit ut illā uera & absoluta eloquentiā nemo consequatur.
Absonor & absono: careor & careo antiqui dixerunt. Pri.
Abstemius dicitur obseruans: sicut Rabirius in sat. ait. abstemium meruléa fugit. Vel qa ex abstinentia temeti cōpōsita uox est: pria pars relinquatur. Quinti.
Abstemius qui uino abstinet Apuleius in se fuisti quondā athenis parcius atque abstemius in libro Iudicrorum: Lucilius satyra. libro. vi. tauromeno inquit ualua sororē lanificā scitam atq; abstemiam ubi audit. Varro de uita patrum libro primo. quantopere abstemias mulieres uoluerūt esse uel ex ūo exemplo uideri potest. Nonius. M.
Abstemius. A. gellius libro decimo qui de uictu atq; uestitu perscripserunt mulieres romæ atq; in latio ætatem abstemias egisse hoc est uino semper q̄ temetum prisca lingua appellabant abstinuisse dicuntur cum hoc. Ouidius cōuenit i libro decimo quito Eltrorio quicunq; sitim de fonte leuauit & Vina fugit gaudetq; meris abstemius undis ergo male: Donatus super andriam inquies temulenta produc primam syllabam temulenta hoc est ebriosa quiatemetum uinum: unde abstemius sobrius dictum autem quia tentet mentem. nam aliud est abstemius: aliud sobrius nam sobrius uino non abstinet

sed distat ab ebrio: & sicut ebrius non statim dicetur qui vinum potat: ita nec statim qui sobrius est erit & abstemius: quin etiam poteſt quis abſtemius eſſe & forte ebrius ut puta ceruiſia.

Abſtineo illius rei. Hora. iiii. car. mox ubi luxit abſtineto dixit irarum. & hanc rem. Teren. nõ manum abſtines maſtigia. & illa re. Virgilius in ſeptimo. Abſtinuit tactu pater auerſuſq; refugit. Pri.

Abſtinentia cum alienis abſtinemus nulli uī afferẽtes nihil q; cuipiam eripiẽtes: quod iuſticiæ munus eſt. Continẽtia uero quam tẽperantiam modeſtiamq; appellamus: cum a uoluptatibus nos abſtinemus uerum continentiæ poteris dare nomen abſtinentiæ potius q̃ ediuerſo. Laurentius.

Abſtrahere eſt uerbum ſcæuientis. Terentius in adel. ut fidiciam mecum abſtraham. Do.

Abolla nexus erat tragicarum & grauiorum perſonarum.

Abſurdum eſt quod: & ſtultũ eſt & ī ipſa ſtulticia diuerſum: & quaſi repugnans ſibi. Ineptum autẽ eſt ſtultum tantũ. Ter. in adel. inepta atq; abſurda ratio. Dona.

Abus fluuius eſt epyri ī finibus apolloniatũ

Abuſus eſt inſula in Hiſpania: & ciuitas eiuſdem nominis una ex gymneſiis. continet autem inſulæ circuitus ſtadia. xl. Strabo. non abuſus ſed ebuſus dicitur.

Abundare ſupra modũ aliquid eſſe. Vir. iiii. geor. Ergo apibus fœtis idem atq; examine multo: Primus abundare. tractum ab amnibus: q cũ augẽt ibribus maioribus & crebris ũdis eriguntur: Vir. ge. li. primo. præſertim ī certis ſi menſibus amnis abundans exit. N.

Abundare dicitur qui ſucceſſu proſpero affluit. Te. in phor. Amore abundans antipho.

Abunde ab abundo. abundanter aũt ab abũdans.

Abunde. Siſen. in quarto hiſto. profuſe atque abunde ſemper uſi magnum pondus auri & argenti. Nonius.

Abutor & utor differunt. utimur enim cum honore: abutimur cum iniuria. Te. in phor. Item ut meretricem ubi abuſus ſies meredẽ dare. Donatus.

Abutor & utor. utimur fructibus rei quæ a manentibus ſaluo uſu nobis ſubminiſtrantur: abutimur quando deperdimus & rem & fructum. nam uſi eſt agendo uſus: abuſio oleum & uinum & cætera huiuſmodi. Cice. Non debet inquit mulier ea cũ uir bono: ſuorum uſufructum legaut: cellis uinariis plenis relictis putare id ad ſe pertinere. uſus enim non abuſus legatus eſt: ea ſunt inter ſe contraria: hoc in topicis habetur. Dona.

Abuſa utendo uel in uſum conſumpta. Plau. in aſinaria. ubi illa quæ dedi ante abuſa. nã ſi ea durarent mihi mulier nitteretur ad te nec te quicq̃ poſcerem. No.

Academia locus nemoroſus ab Athenis mille paſſibus: ab academo heroe ſecundum eupolĩ gymnaſium Platonis. hoc nomĩe uilla Ciceronis inter auernum & puteolos in qua academicos libros compoſuit. Pli. li. xxxi.

Acaláthis auis quam luſcineam eſſe uolũt. alii carduelũ quæ ſpinis & carduis paſcitur. Vir. libro tertio. Reſonant acaláthida dumi. Ser.

Acamas thracum princeps: troianorum aduitor: & filius Antenoris. Homẽ. ſecũdo & quarto. Achátis eſt arbor in ægypto ſemper frõdens ut oliua & laurus. dicitur q̃ ſpinis plena ſit. Virgilius: Et baccas ſemper frondẽtis achanti. Ser.

Achantus rex perſarum a quo omnes uſq; ad Darium deſcenderunt. Hero.

Acanthylis carduellis auicula: quia ī ſpinis paſcitur.

Acantheus thraciæ oppidum.

Acanthus oppidum thraciæ & nomẽ ſpinæ atque herbæ de quo apud Virgilium & molli circũ ẽ anſas amplexus acantho atque aliq̃ tulum iuger repetam hiſtoriam. tradũt Virginem quandam corinthi deceſſiſſe pocula quibus illa delectata admodum fuerat adeſſe in calatho delataq; ad tumulum illic collocaſſet: ut diutius ſub diuo permaneret tegula etiam texiſſe eum calathum fortẽ ſuper acanthum radicem fuiſſet collocatum. Radicem uero preſſã calathi pondere ſolia cauliculoſq; profudiſſe: eoſq; ſecundum calathi latera creſcentes ab ungulis tegulæ ꝓſos circunflexiſſe ſeſe: ac delectabilem ſpeciem uiſentibus præbuiſſe: Tum Callimachũ architectum nobiliſſimum delectatum genere & formæ nouitate ad id exemplar columnas feciſſe: quas poſteriores corynthias appellarunt. Quamobrem arbitror Virgilium memorem dixiſſe alcimedontem illum ſuũ anſas poculorum flexibili acãtho fuiſſe cõplexum: græce acánthias eſt cicadæ epitheto unde Perſius: lenam illam acanthidem nominauit a ſermonis tedio: loquacitate & aurium offenſione.

Academia fuit locus extra athẽas quã docuit philoſophiã Plato dicta ab academo heroe ut Laertius diogenes ex teſtimonio ãtiquorum ſcribit.

Acautius promontorium eſt magneſiæ.

Acapis fluuius aſiæ eſt apud lazos: qui & colchi funt populi.

Acarnáia epiri pars: quã achelous ab ætolia diuidit: liue pindus.

Acosta nympha oceani & Tethyos filia: secundum Hesiodum intheogonia.

Acastus peliæ thessalorum regis filius secundum Sænecam in medea.

Acatalectos uersus cui nulla syllaba deest.

Achates in Sicilia fluuius est in quo soliti reperiri lapides q & achates a fluuio dicti sut.

Acraton mons est ætoliæ.

Acca Mac. histo. libro Faustuli coniugem lauretiam Accam Romuli & Remi nutricem fuisse confirmat. hanc regnãte Romulo carutio cuidam thusco diuiti denuptam auctamque hæreditatem uiri: quam post Romulo q educasset reliquit: & ab eo parentalia: diemque festum causa pietatis statutum. Macrobius.

Accas duas fuisse constat alteram amatam ab hercule: cuius meminit Plutarchus in quæstionibus: alteram nutricem Romuli fausti ii pastoris uxorem.

Accalaurentia corpus in uulgus dabat: pecuniamque emeruerat: ex quo quæstu uberem ea testamentum & in antiatis historiis scriptum est. Romulum regem: ut quidam alii tradiderunt populũ Romanũ bonis suis hæredem fecit. ob id meritũ a flamine quirina li sacrificium ei publice fit: & dies e nomine eius i fastos addit us. Sed Fabius fabius maximus in primo memoraliu: Accalaurentiam nutricem romuli fuisse dicit: ea inquit mulier ex duodecim filiis maribus unum morte amisit. in illius locum romulus accæ laurentiæ esse filium dedit: seque exteros filios eius fratres aruales appellauit. ex eo tẽpore collegium mãsit fratrum arualium numero duodecim. Vnius sacerdotii insigne ẽ spicea corona & albæ infulæ. A.g.

Acara oppidum est in medio pannoniæ. Strab.

Acaron ciuitas palæstina: quæ nunc dicitur cæsaria. Strabo.

Accedere post proximum fieri.

Aspirare in eam partem qua quid quæsitum est uultum & oculos ad spiritum oris aduertere. Asconius. ped.

Accedere iuxta ire. ut Virgilius Vos & scyllea rabiem penitusque sonantes Accestis scopulos: hic: ut sæpe fit: præpositio casui detracta uerbo apponitur: & cum habet casum suũ hysterologia dicitur cum mutat casum figura est. ut cumarũ allabitur oris pro ad oras. Plærung superuacue ponuntur.

Accensus consularibus i commentariis scriptum sic inueni: qui exercitui imperaturus erat accensꝰ dicit hoc. Calphurni uoca in litium omnes quirites huc ad me. Accensus dicit sic: omnes quirites in litium uisite huc ad iudices. C. Calphurnius dicit: uoca ad cõtionem omnes quirites huc ad me. Accensus sic dicit. omnes quirites ite ad contione huc ad iudices: Dein consul loquitur ad exercitum: Impero quia conuenit ad centuriata comitia. Quare hinc accensꝰ illic præconi dicit: hæc est causa etiã in aliquot rebus. Idem ut præco accensus acciebat a quo accensus quoque dictus: accensum solitum ciere Boetia ostendit: quam comœdiam alii esse dicunt: hoc uersu: Vbi primum. Accensus clamarit meridiem. Hoc idem Consto nius in actionibus scribit: Prætorem accensum solitum tuum esse iubere. ubi ei uidebatur horam esse tertiam: inclamare horam tertiam esse. Itemque meridiem & horam nonam circum aures mitti solitus. quo modo illiceret populum in eum uocare posset ad contionem: non solum ad consules & censores: sed etiam quæstores: ut commentarium indicat uetus inquisitionis. M. Sergii Mantii filii quæstoris: qui capitis accusauit Trogum. Varro.

Accensi qui his accensebantur: ideo attribuebantur: ut Varro de uita. pa. libro tertio. Quid ea scripti uis cum erant attributi decuriõibus & cẽturiõibus: qui eos hẽt numerũ accensi uocabãt. Quos etiã quidã uocant ferentarios: qui depugnabãt pugnis & lapidibus his armis quæ ferunturnõ quæ tenentur. Nonius.

Accẽsi qui in locum mortuorum militum subito surrogabãtur: dicti quia ad cẽsum adii ciebantur. Fe. Liuius li. primo: i his accẽsi tibicines cornicinesq in tres centurias distributi.

Accensus genus militiæ est ãministrãtibus proximũ. Varro rhetoricorum. li. ii. ut cõsules & prætores qui sequũtur castra accẽsi dicti q ad necessarias res ẽpius acciantur uelut accersiti quos dicimus deputatos. No.

Accepso accipio: Pac. in teucro. Haud si nam quicq̃ pfari priusq̃ accepso quod peto. No.

Accersio ab accio: arcessio ab arceo: actum corporis significant: non affectum mentis: similiter cæterа: ut facesso. i. eo ad faciendum ac cerso uel arcesso utrunq; pro eo ad uocãdũ uel uoco. Te. in andr. obstetricẽ accerso. La.

Accessus & inaccessus sine uerbi origine. nemo enim dicit accedor. Ser.

Accessus & accessio differunt: siquidem accessus ast aditio atq; appropinquatio. Accessio autem est adiectio atq; incrementum quæ differentia rara est in consimilibus nominibus: nec mirum: nam uerbum unde descendit dupliciter & regit & significat: ut accede ad ignem hunc. i. adi atq; appropinqua: ut Quinti, hoc calamitatibus meis uel ad ca-

lamitates pondus acceſſiti: ideſt adiunctum eſt & increuit quorum contraria ſunt receſſus & remiſſio quæ minutionem ſignificant Lau:

Accidere pro bono apud ueteres frequentatũ Teren. in an. Interea aliquid acciderit boni Donatus.

Accidere in bonum & in malum:ut Ter. Interea aliquid acciderit boni:& Ci. nihil enim mali acciditſſe Scipioni.

Accidere eſt geſtum corporis oſtendere in humilitatem cadentis:poſt quod eſt cadere iuxta. Ter. in ecy. ad genua accidit. Salu. autem ſine præpoſitione dixit: quo accidam. No.

Accidens adiectiuum uiridia pratorum: cum uero ipſam loci uiriditatem ſignificare uolumus uiridio: dicimus:ut cũ dicimus formoſa facies uiridiorum:tunc.n.uiridia quaſi poſitiuum ponitur non accidens.

Accingar i magnis dicimus rebus ſuſcipiẽdis Ter. in eu. Accingar. Vir. in ſecundo æne. Ac cinguntur omnes operi dapibuſq; futuris: accigunt apparant atq; expediunt. Do.

Accingo:armo; inſtruo. Vir. li. ix. Atq; omnis facibus pubes accingitur atris. Ser.

Accingere pro accinge. Põponius in athis. Geminis iam ego mihi adero dum ego reuertor age anus accingere ad molas. No.

Accinctos induſtrios dicimus:ſicut contra diſcinctos negligentes uocamus:ut diſcinctos mulcifer afros:& Hora. in epodo. Quod aut auarus ut chremes terram premam:diſcinctus ut quidam nepos: & Perſius. Non pudet ad morem diſcincti uiuere nactæ.

Accinis deus quidam: cuius ſub nomine ſolem ſignificant:quem ornant ſiſtula & uirga:ſiſtula ordinem ſpiritus inæquales oſtendunt: quia uenti in quibus nulla æqualitas eſt propriam ſumunt. de ſole ſubſtantiam: uirga poteſtatem ſolis aſſerit:qui cũcta moderatur. Mar.

Accipere nonnũq; ſignificat in domum ſuam honoris & amicitiæ gratia aliquem in cõuiuia capere:ita tamen ut ſubintelligat in cõuiuium:ut acceptus ſum a te laute:dicitur & in contrarium:ut ego abs te miſeris ſum acceptus modis. Accipere pro paſcere a quibuſdam inſcite exponitur. Lau.

Accipio:ideſt audio. Vir. in. ii. æne. accipe. nũc danaum inſidias. Ser.

Accipio tracto. Ter. i adel. Indignis cũ egomet ſim acceptus modis. Ser.

Accipio audio. Vir. in primo æne. Quo facere id poſſis noſtram nunc accipe mentem. Seruius.

Accipio paſco. Vir. æne. li. iii. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Ter. accipit hominẽ nemo melius neq; prolixius. Ser.

Accipitur ab eo qui corrumpitur deponiturq; ſequeſtri recipitur: ideſt promittitur: ideſt p iudicato reſpondet: pollicetur qui apud ſe dicit aut præmium: aut ſententiæ præſtantem eſſe. Macro.

Accipere tractare increpare. M. T. in uerrina actione ſecunda. Male accipiat uerbis: & ad Cæſarem iuniorem lib. primo. Rogo ipſum quem admodum eum ego armis acceperã. Nonius

Accipere eſt datum accipere. Vir. æne. li. iii. Accipe & hæc manuum tibi monumenta mearum quæ ſint. No.

Accipere ſentire. Ter. in heauton. Clinia aliter de amore tuo atq; eſt accipis. No.

Accipere cõcipere. Vir. li. iiii. Alii uentoſis follibus auras accipiunt redduntq; No.

Accipere audire. M Tu. accipio nunc aliud facinus notabile. Lu. li. xxx. accipe quod dico: nam pertinet ad rem. Virg. æne. lib. ii. accipe nunc danaum inſidias & crimine ab uno. d. o. Nonius.

Accius labeo poeta indoctus temporum illorum: qui iliadem Homeri uerſibus fœdiſſime compoſuit: ita ut nec ipſe ſe poſtea intelexit.

Accipere decipere. Lu. li. xxxvi. Si inquam ueteratorem: illum ueterem lupum Hannibalem acceptũ. Plau. in aulu. Optimus tu hanc conditionem accipe. Nonius.

Accipere audire. Ter. in ecy. Quẽ tamen iſtoc ſermonem habueris procul hinc ſtans accepiũ & accipias: pro accipe. & quieſcas pro quieſce: idem in eadem. Sin eſt ut aliter ſit tua ſententia accipias puerum. Donatus.

Accipere eſt ſiquis non ſic accipit ut habeat. S. Accipit. Vir. pulchrum eſt illud. Oculiſq; & pectore noctem accipit. Macrobius.

Accipenſer piſcis genus. Ci. tuſcu. libro primo ut ſi quem tuorum affectum Nerone uideris huic accipenſerem potius q̃ aliquem ſocraticum libellum dabis. No.

Accipenſer genus piſcis. Fe. Pom.

Accioſi dicti ab una agendo. Var.

Accommodatum dicitur adiunctum: Virgilii. ænei. lib. ii. Laterig; argiuum accommodatenſem. M. Tul. in uerrem. frumentaria flagitia: libidines accommodat. Actius in bacchidibus. Tunc ſilueſtres exuuias feno pictas lateri accommodant. Marcus Tullius de officiis libro primo. Qui ſe ad rempublicam & ad magnas res gerendas accommodauere: & de repub. libro primo: expoſitamq; ad exemplum noſtræ reipublicæ accommodabo eã ſi poterò omni illa oratiõe quæ eſt mihi habenda de optimo ciuitatis ſtatu. No.

Accommodatum proclíne:propensum.M.T. in uerrem actione tertia. Tunc præterea maxime fædari & quieti prope præter cæteros ad summum græcorum ocius potiusq; ad ullam uim aut tumultum accommodari. Nonius.

Accommodare adhibere. M. T. de offi. lib. iii. Tantum dabit amicitiæ:ut ueram amicitiam esse malit ut orandæ litis tempus quoad per leges liceat accommodet: & de senectute:cæterum & tempora metendis frugibus & percipiendis accommodata sunt. Nonius.

Accommodat adiungit:applicat. Ci. de Ora. li. ii. Africano illi superiori coronam sibi in conuiuio accommodanti. Vir. æne. li. ii. late rig; argiuum accommodar ensem.

Accola qui ad locum habitat. Itaq; quicunq; iuxta aquas habitant accolæ dicuntur: ut accola uulturni. Incola uero qui in loco est: & qui in montibus urbes positas habent: incolæ dicuntur: qui uero iuxta montes accolæ Lau.

Accúmbere dicimus & accubare: nam composita a cubo tertiæ fút coniugationis astú pta m littera. Priscia.

Accumbere est deorum. ut tu das æpulis accumbere diuum: discumbere est hominum ut stratoq; super discumbitur oftro: recumbere est ferarum: ut Luca. Ossa super recumbans. Acron.

Accusare est uel apud iudices uel apud alium quéuis ét apud illú ipsú qué accuses atq; ostendere aliquè peccasse. Incusare uero é reprehendere mores alterius: & plærunq; cú querela quod ab illo iniuria sis affectus.

Accusatorius & similia actióné significat. La.

Accusatiuus gerundii iungitur frequenter cú ad: ob: propter: & inter. raro cú i: & cú e ante ut uado ad capiendum hostè. Similiter inter nauigandum pro i nauigando: ut Virgi. Et iter agendum Occurrare capro cornu ferit ille caueto. Ego ueni ob te uel propter te redimendum. Laurentius.

Acculera & cuius farriæ publicæ: is dies laurétine: quem diem quidam in scribendo laurétalia appellant: ab accalaurentia nosatus: cui sacerdotes nostri publice parant sexto die: q ante atria dicitur diem tarétum accas tarétinas: hoc sacrificiú fit in uelabro: quia í nouá uiá exitur: ut aiunt quidá: ad sepulcr. Accæ ut quod ibi prope faciunt diis manibus ferinlibus sacerdotes: qui uterq; locus extra urbem antiquá fuit non longe a porta romula de qua in priori libro dixi. Varro.

Accusare est inferiorem uel parē. Ter. í marito uxor quáobcausam accusor: nescio. Ser.

Accusatiuus singularis positus pro genitiuo pluralis. Sisen. iiii. histo. qui tamen quibus libus fœdera maiorum sunt dissolura. Terin ecy. prope iam remotum ob iniurıam ad uersarium. Salu. in x. histo. Cuius duas insulas propinquas: inter se & decem milibus pcula gadibus satis cóstabat suopte ingenio a limēta mortalibus gignere. M. T. de of. li. iii. an emat denario q; sit denarii mille. Noni.

Accusatiuus positus pro datiuo: ignoscamus illam rem pró illi rei ignoscant. Plau. in am. Velatis manibus orant ignoscamus peccatú suum. Teren. in eun. Ac ne comparádus hic quidem ad illum est.

Accusatiuus pro ablatiuo positus: titinius í gemina. ædepol hominis ignaui sunctus officium. Plau. in menech. nam parasitus octo hominum munus facile fungitur. Idem in trinúmo. sequere ac me matura: ut munus fungaris tuum: & Lelius pauperem ait se ingenia munera fungi. Pacuuius in dolorese. Nõne officium fungare uulgi atq; ægre malesácum feram. Nonius.

Accusatiuus uel nominatiuus pro ablatiuo. Turpilius in demetr. meos parentes careo. Tul. de repub. libro. v. Sed tamé ut bono patrifamilias colendi: & ædificandi: ratiocinandi quidam usus opus est. Salustius secundo histo. Ruina quæ pars magna fuisset ac proximorum telis cæteri uice pecorum. Affranius in uopisco. Tandem ut possimus nostra fungi munera. Noni.

Accusatiuus pro genitiuo. Tul. de offi. libro secundo. Homines cruenti hastam illam crudelem meminerit & sperabunt. Vir. in bucolicis. Alium nos musæ meminisse uolebant. Actius í eruste: heu me misérum cum hoc recordor. Tul. de republi. quarto. Atq; ipsa: méq; futura uidet meminit præterita. Turpilius in pedio. Nam desine meminisse illius formam. Noni.

Accusatiuus pro ablatiuo. Actius in menalipido. Nardus inuidit illam rem pro illa reunde aut qs mortalis floré libeg; inuidet meú. Neuius in pedio: qd res uis hanc priuari pulchras quas tibi solent. Nonius.

Accusatiuus pro nominatiuo. Pompo. in præcone: posteriore quod lætitias insperatas nõ mihi irrepsere in sinum. Vir. æne. ii. Vrbem quam statuo uestra est. Nonius.

Accusatiuus pro genitiuo. Actius í myrmidonibus. Mea facta in acie obliti. Salu. in tertio histo. Sed Pompeius a prima adolescétia sermone fauto: símilé fere se credens. Alexandro regi. Vir. in octauo. Et uocem Anchisæ magni: uultumq; recordor. Nonius.

Accusatiuus pro datiuo, Lucretius in. xxvii.

Pendet ne se in gladium incumbat: nec cæ-
lum iuuat. Affranius in uopisco. mereantur
male de uobis hæri qui non tantopere idul
gent in pueritia. Virgi. in. iii. ænei. Tris adeo
incertas cæca caligine soles Erramus pela-
go totidem sine fine noctes. Cice. de ora. I
tertio. locutus dicitur esse homo copiosus
aliquot horas. Nonius.
Accusatiuus pro ablatiuo. Sisen. histo. lib. iii.
Saltu & uelocitate certare. Var. de re rustica
a quo q̄ indulgēt potui poma dicta esse pos
sunt. Cato de li. edu. non solum qui primus
in alterutra re præstent alios: sed etiam qui
sit secundus & tertius. Nonius.
Ac coniunctio: & pro cōiunctiua & pro q̄ po-
nitur: ut haud secus ac iussi. Prisci.
Ac pro contrā. Terē. in an. Nescio quid tibi
sum oblitus hodie: ac uolui dicere. Dona.
Acer atum lutum cum paleis mixtum. Festus.
Acerbum horridum insandum immite. Vir.
æne. libro. iiii. & lib. vi. & funere mersit acer-
bo. No. mar.
Acerbum incoctum præcoctum: ut de pomis
frequentius dicitur. Var. in agathone. Vir-
go de conuiuio abducitur. Ideoq; maiores
nostri virgis acerbæ auris uenerius uocabu
lis imbui uoluerunt. Nonius.
Acer pro arbore fœminium est. Prisc ianus:
Solinus aceris protulit in nominatiuo.
Acer uel potius aceris pro arbore. Prisc ianus.
Ouidius tamen inquit. Et platanus genialis
acer q; coloribus impar. Inde possessiuum
acernus acerna acernum: ut Virg. Præcipue
cum iam trabibus contextus acernis Staret
equus. Prisc ia.
Acerre ciuitas est in campania. Strabo.
Acerra thuribulum ministerialis patinæ ficti
lis. Hora. lib. car. iii. Quid uelint flores & a-
cerra thuris plena miraris. Acron.
Acerus quære in strages. Lauren.
Acerra ara quæ ante mortuum poni solebat:
in qua odores incendebant. Alii dicunt ar-
culam esse thurariam: ubi thus reponebant
Festus.
Acernis trabibus. Virgi. & cum iam trabibus
cōtextus acernis Staret equus: unū pro quo
libet ligno poeticæ licentiæ. non amare: fed
rationi certe in rerum uel nominum elegan
tia inniti. Macrobius.
Acesinus fluuius est persiæ: & in indum flu-
uium cadit nauigabilis quidem & magnus
circa quem ferunt arundines tantæ magni-
tudinis nasci: ut singula earum internodia i
colis præstent uices nauigii.
Acestis indiæ prægrandis est fluuius atq; nau
gabilis: quem iuxta alexan. macedo bucepha
lam iussit construi ciuitatem dimisitq; Tra-
xilæ & Porō idianis regibus naues intra oce
anum petiturus: hunc ego arbitror in gan-
gem effluere.
Acerare dicebant quod nunc agitare. Festus.
Acestes Crimissi siculi fluuii: & egestæ tro-
ianæ filius: & alius qui bacchū furatus est.
Tor.
Achaia quæ primo peloponnesos: inde da-
naa unde achei achiui danai. Tor.
Achates Aeneæ socius. quod non abre fictū e
ob græcā ethymologiam. ἀχόος enim soli-
citudinem significat: quæ regum semper co
mes est. Vir libro primo æne. Ipse uno gra-
ditur comitatus achate. Ser.
Achaicum mare: idest quod achaiæ græcorū
prouinciæ adiacet. Pars quædam secundum
quosdam Ionii maris est: eo q; illud contin-
gat eis in partibus quibus achaia meridiem
& occiduum spectat.
Achantus genus uirgulti flexuosū: quod uul-
go herbam calamum dicunt. Ser.
Achates ab achos cura. Aeneæ socius & lapis
in sicilia apud achatem fluuium primum re
pertus in hoc lapide habuit Pyrrhus nouē
musas naturales: & apollinem cum lyra. T.
Achelous oceani: & theryos filius: secundum
Hesiodum fluuius a Pindo ætolia ab acar-
nania diuidit: unde acarnanius amnis apud
Ouidium.
Aceron sine aspiratione licet requireret: sed
habet e breuem: fluuius inferni & locus iux
ta baias secundum Seruium. Tor.
Acherusia palus est in medio inter misenum
& cumas. Strabo.
Acherusia est breuis palus inter Capuam &
auersam: quidam a flumine acerarum ortum
habere dicunt: & sic sine aspiratione scribi-
tur.
Achelous pro quauis aqua ponebatur apud
græcos: ut Ephorus li. ii. histo. & Euripides
testatur. Macrobius.
Achelous apud ueteres aqua generaliter ap-
pellabatur. Virgilius primo georgi. Pocula
quem inuentis acheloia miscuit uuis. Ser-
uius.
Achelous fluuius est græciæ ex pindo thessa
liæ monte defluens ætoliā ab acarnania di
uidit: & in maliacū sinū effluit: hic autē apd
poetas dicitur eripuisse terram. Alii uero di
cunt eum primum uinum poculis miscuis-
se: uel q. Deianiram Meleagri sororem in cō
iugiū uoles: cum Hercule luctam exercuit.
postremo altero priuatus cornu: se uictum
confessus est. Hercules autem deæ copiæ di
cauit illud: nymphisq; exhibuit.
Acheron fluuius lucanorum est Cosentiam ci
uitatem circundans: apud hunc Alexander

epyrotarum rex & olympiadis frater: q Brutis aduersus lucanos auxilio uenerat. in transitu a lucano satellite occisus est. Buc.

Achei uel ab achaia: uel ab acheo ãtiquo rege.

Achamenides Vlyxis socius. Vir. in. iii.

Acheon limen sinus alter nõ longe ab ilio littora: icurrit urbe bello excidioq; clarissima hic sigæum fuit oppidum: hic achiuorum fuit bellantium statio.

Acerra patera est in qua libatur. Virgi. Et plena supplex ueneramur acerra. i. arca thuris.

Acheron fluuius infernus dictus a tristitia. Acheo enim doleo & ango significat é & acheron fluui s thesprotidis.

Acheras proprium hominis.

Acherontia oppidũ apuliæ: unde acherõtinus

Achantus latine spina dicitur. herba tamen é quæ assurgit i topiarium ut urbanum opus Virg. baccas semper frondentis achanti de quo Plinius ita scribit achantos est topiaria & urbana herba elato longoq; folio crepidines marginium assurgentium q; plurimoq; toros uestiens. duo genera eius sunt ut inqt Plinius.

Achemenes rex persarum a quo omnes usq; ad Darium descenderunt. Hero.

Achilles romanus dictus est Lucius siculus dictatus: ob ingentem fortitudinem.

Achilles a Paride in templo tymbrei Apollinis interfectus: in sigæo sepultus.

Achilleos dromos. i. Achillis cursus appellant promõtorium in germania: nudus quidem locus ẽq; sacrum Achilli lucum uocitant.

Achilliũ quid é q; tanagri ante urbé habét Iocũ sic appellatũ. inimicitias. n. magis cum ea urbe exercuisse dicitur Achilles q̃ amicitiã. Quippe qui & Poemandri matrem stratonitem rapuerat: & Philippi filiũ Acesora occidisset. Poemandrus igitur pater ephippi cũ ager tanagricus etiam per uiros habitaretur apud stephonte: id loci nomen é q; cũ achiuis in expeditionem ire noluissent: ab illis circũsessus nocte locũ illũ deseruit: & timãdriã cõmunuit. Policritus aũt Architectus cum adeét & opus floccifaceret atq; irrideret fore fam tranſcé dit iratus. Poemandrus ingentẽ in illũ faxũ cõiecit: ut forte ibidé occultatus Nicteliæ tẽplis iãpridé ſcũbebat: hũc reuulsũ p iprudẽtiã Poemãdrus cõiecit: & Policri tũ quidé assequi nõ potuit. Leucippũ uero filiũ interfecit: oportebat igit ephesiũ exagro boetio lege discedere: & supplicé ad alios mi grare. Id aũt facile nõ erat q; i agg tanagri cũ achiui irruptioné fecerãt. misit igit ephippũ filiũ qui achilleũ rogaret a quo persuasus & illũ iducit: & tlepolemũ Herculis filiũ & Peneleum hipalmi, oés sibi sanguine cõiunctos: a quibus Poemandrus chalcidé emissus: & ab clephenore cædis crimine expiatus homines honore affecit: & Lucos omnibus conſecrauit quorum qui Achilli dicatus est nomen seruauit.

Achilus fine labiis: ab ἄ: quod est fine: & χεῖλος labrum.

Acheros seu acherõ uolũt q̃dã lacũ eé: & ad iferos deferri: & ibi acherõté fluuiũ facere.

Acinacis plicus gladius é. Hora. primo car. uno & rixis medus acinacis. apd̃ græcos, n. ακινακης dicũt gladiũ quo reges plæ utunt.

Acieris securis ærea: qua in sacrificiis utebantur sacerdotes. Festus.

Acinos iter & baccas hoc itereſſe puto: q; acini iter fructus minutiores arbog; fructuũ ue dẽsius nascãt: ut uuæ: grana hæderæ: sabuci: addo ét mog. Bacchæ uero diſplus & rarius: ut fructus lauri: oliuæ: lori quã fabã syri acã uocãt: supra hæc aũt poma dicũt: ut cerasũ prunũ mespilũ: nuces durioris corticis sunt: ut castaneæ: corylus: iuglans. Lau.

Acies instructa his uocabulis appellatur: frõs subsidia: cuneus: orbis: globus: forfices: ferra alæ: turres: & quædã aliæ. A.

Acies acus acumen: & acuere dicuntur ab aco ne: quã larine dicimus cotem. Festus.

Acinog; pẽsilia aũt uuæ: mala & fœtua ipsa ostẽdũt: q̃do ad usũ oporteat, pmi q̃d colore mutato & cõtractu acinog; si nõ dẽpseris ad edẽdũ ad abiiciẽdũ deſcẽſura ſæini dãt. Va.

Acidulus agri uenafrani in campania fons: est ægris oculis mederi consuetus. Buc.

Acidius fons est in Sicilia.

Acidia tedium molestia. Tor.

Acidalia q̃dã ab acidia. i. molestia amoris uel ab acidalio fõte orchomenii Boetiæ ciuitatis Veneri sacro in quo se abluunt gratiæ ueneri sacræ. Ser.

Acylius proprium uiri.

Acyrologia impropria locutio: ut nemo diuũ apud Vir. Et sperare pro timere.

Acis fluuius ab ætna i sicilia secũdũ Theocritũ i q̃ cõuersus est acis Fauni & simetidis nymphæ filius: q̃ poliphemus interemit.

Acis fluuius est siciliæ ex ætna monte procedens ex cuius ripis fertur poliphemum saxũ in Vlyxem egisse.

Aclassis tunica ab humeris nõ consuta. Fe.

Aclides sũt tela quædã antiq; adeo ut nec usq; cõmẽoréẽ i bello. Legit tamẽ q; sint clauæ cubito semis factæ eminẽtibus hic & hinc acuminibus: quæ ita i hostẽ reiiciũt ligatæ loro trilitio: ut pactis uulneribus possint ad dominos redire: putaẽ tamẽ eé genus teli p q̃d flagellũ imensũ iaci poteſt. Ser.

Aclides iacula breuia. Vir. lib. septimo. Tere-

tes sunt aclides illis Tela sed hæc lento mos est aptare flagello. Nonius.

Acolythus ab ἀκολούθω sequor. i. obsequés & minister.

Aconitus mons est magneſiæ seu boetiæ.

Aconitum herba nata de ſpuma cerberi: quũ Hercules ab inferis eum extraxit: quæ quia in saxis & cotibus nascitur inde aconitum.

Aconites sunt montani populi in Sardinia. Strabo.

Acquirere rem est ad & quærere. ipſum quærere ab eo qđ quæ res ut reciperétur datur opera. Var.

Acragas oppidum inter pachinnum & lilybæũ

Acre ſignificat celere: uelox. Vir. li. iii. geor. Cadidumq; animis & curſibus acrem: Idẽ æn. li. iiii. Ac puer aſcanius mediis in uallibus acri Gaudet equo. Nonius.

Acre ſeuerum. M. T. de offi. lib. ii. ſuum quiſq; igitur noſcat ingenium: acremque ſe bonorum: & malorum ſuorum iudicem præbeat Idem in eodem: utendum eſt fortaſſe uocis contentione maiore: & uerborum grauitate acriore. Noni.

Acre uehemens: ſæuum. M. T. in horteſio, aut Philippo breuis: aut Theopompo acrius: Virgilius libro tertio. Acremque moloſum paſcere ſub pingui. Idem libro quinto, Acrior in pugnam redit: ac uim ſuſcitat ira. Nonius.

Acre prouidum: diligens: Vir. geo. li. ſecũdo. Iam cum acer curas uenientem extendit in annum Ruſticus. Noni.

Acrem fortem, Virgilius libro octauo. Haud acrem dubitas in prælia poſcere turnũ. Cicero Tuſc. libro quinto. In rebus gerundis uerum acrem & induſtrium: eundem tamẽ malefícum naturæ. Nonius.

Acrem auſterum: acerbum: aſperum. M. T. in hortenſio: quod alterius ingenium ſicut ace tum ægyptium: alterius ſit acre ut mellimẽ ſiũ dicimus. Var. in parmenone. Dimittis acri pectore curas tantam tantaſque penſi. Nonius.

Cliuia auspicia dicebat quæ aliqui fieri prohibebāt. omnia enim difficilia cliuia uocabāt unde & cliui loca ardua. Fe.

Cliuus publius ab ædilibus plæbeis: q eū publice ædificauerunt. V.

Cliuus publius: quod ab eo ædificatur similiter. V.

Cliuus proximus uersus Capitolium. V.

Cliuus uetus q ibi facellum iouis iunonis minerue: & id antiquius q ædis quæ in capitolio facta. V.

Chrysippus philosophus Stoicus syllogismū iocitem uocauit: quem per adiectionē & detractionem ex acerui frumentarii similitudinem ostendit.

Crispa a capitis crespitudine. Cass.

Chrysocella est aureum gluten.

Chrysomalon græci appellant arietem illū: q ut est in fabulis lanam auream habuit: de quo & si latini poetæ dicunt q is phrixū & hellē gestauerit: tamen græcorum quidam aliter rettulere. fuerūt enim neptūnum correptū amore theophanes althidis filiæ illam rapuisse: transtatamq in insulam chrimissam in canem conuertisse: & i arietis formā cognouisse: ex quo aries chrysomalus natus fuerit.

Chirographum: chirographum accipe, pmissionem uxoris manus sua scriptam.

Chiragra dicitur articularis morbus: idest dolor manuum.

Chimæra mōstrū: quod Solinus mōtē interpretatur fuisse domitum a bellorophonte filio glauci.

Chiromātæ q ex manuū incisuris uaticināt.

Chiaphicus erat quam ex disciplia cloacit nominant. Macrobius ea habet saporem acerbiusculum propterea delectat.

Chius (ut Plinius inquit) primum uersicolores istas maculas chioꝫ lapicidinæ ostenderunt & cum extruerent muros turres calchidicas & a calchidensibus conditas.

Chios & samos insulæ & urbes in Ionia. Pom.

Chrysothemis agamēnonis filia.

Chrysomilon pomum aureum.

Chrysolithos chrysopassus lapilli præciosi.

Chrysocolla terræ genus quā a macedōia apportari & illic fodi (autor est Victruuius).

Chiron medicinā herbariā primus docuit (ut refert Plinius) ab eoꝫ herba quædam chironia est appellata.

Cotta dictus significat. n. toruum. Cass.

Codanus ānis germaniæ super albi ingens sinus magnus paruisq; insulis referēs est. Pō.

Cæcosites populi i aquitania proximi sub gradibus uocatis tarrhusatiis sonptiatibus garrūnis ac hispaniæ citeriori & garūnæ fluuio in Franceoꝫ regno siti.

Cochlea & cochleæ dicebāt apud ātiquos cochleæ lapides fluuiales rotundi ut cochleæ: cochlea nomē uirginis Romanæ.

Coccinati gerentes uestes tinctas cocco.

Cocłyria dicit (autore Plinio).

Critici dicūt acuti poetæ: interptes & censores alienoꝝ scriptoꝝ. Hor. qd critici dicunt Martia. æqualis liber est criticæ q malus est Ci. Ego tāq criticus ātiquos iudicaturus sū.

Chrysendeta erāt láces grandiores auro oblitæ uel uasa aurea.

Chriteis mater homeri.

Cryſtalla maximi luxus apud Ro. nō nisi ubi maxiæ hibernæ niues rigēt glacieſq; reperiunt: ut scribit Pli. unde græci nomē dederūt κρυος significat gelu. de hoc plura apud Pli. li. xxxvi. naturalis historiæ. Soli. quædam aliter scribit de eodem.

Cribrū. Lucil. li. xxvii. Cribrū in cerniculū: lucernam in laterem in telam lycium. No.

Crimē læsæ maiestatis causa cōtra rēpu. Titus Liuius. ii. ab urbe cōdita. id qd ꝓpius fidei ē a quæstore ceſone Fabio: & L. Valeri. dié dictā & ꝓ duellionis dānatum. Seruius.

Crimen & maledictum quid differunt docet Ci. in tusc. maledictū criminatio est aduersarii. Terē. in and. ueteris poetæ maledictis respondeat. Dona.

Criminat. En. saty. lib. iii. nam is non bene tibi uult: quia falso criminat. No.

Crustulum a crusta pultis cuius eo ꝙ ut corium exuritur crusta dicta. V.

Crocota crocei coloris uestis. Plau. in au. cū in cedunt infectores crocatarii. Nonius.

Clipeus a cauus. Varro.

Coagulū a coagēdo: quod ē colligēdo. Varro est modus matulæ: cui nihil rucundius coꝫ uiuit hæc ægritudine ad medēdā iuenerunt hoc hilaritatis dulce sæmiariū hoc continet coagulum conuiuia. Nonius,

Coaspis fluuius medoꝝ in tigrim decidēs cuius aquā reges Persaꝝ potabāt. semp ob dulcedinē & fecū deferebāt. T.

Coagululum: quidam pro coagulo addunt lacti de fici ramo & acerum spargūt. V.

Coagmenta dicta sunt coniūctiones arctæ: & cōpares a coagendo. i. stringendo, unde & coagulum dicitur. M. T. de senectute. Viuendi finis est optimus cum integra mēte: certisq; sensibus opus ipsa suum eadē quæ coagmentauit natura dissoluit. Nonius,

Coctum genus edulii ex melle & papauere factum. Festus.

Cochleæ dicūtur lapides ex flumine rotundi: ad cochlearum similitudinem.

Coctum a cogendo: quia coquendo coercetur ut ad utilitatē uescentium perducatur. F.

Cocytus ēt lucrinus dicebaf Sil. aft hic lucrino mālisse uocabula quondā cocyti mēoratīna (ut scribit Ho. i odyſ. illic cocytus flu. & styx

dicebaſ. Vir.de eo raptam cocytos oſtreoſa diuam.nam illic peragebant ſacra plutonia: autor Strabo.At nihil agit hoc exemplū: eſt enim cocytos dactylus.

Cochlea machina ab archimede ſyracuſano ĩuenta ad irrigandum ſata.Diodo.

Coclites luſcos dixerūt antiqui: nam & cyclopas coclites legimus dictos unum oculū q̄ habuiſſe perhibeantur.Seruius.

Cocula uaſa ænea coctionibus aptaſ:alii cocula dicunt ligna minuta: quibus facile decoquantur obſonia.Feſtus.

Coda Varro in tapheminippo: ſed ut canis ſine coda.Nonius.

Codica appellatur ager trans thyberim:q̄ eo uirgulta naſcuntur ad caudarum equinaꝝ ſimilitudinem.Feſt.Pom.

Codicarias naues etiam nunc conſuetudo appellat:eo q̄ in fluminibus ſunt uſui.Salu.hi. tertio:q̄maximus itineribus per regnū ariobarzanis contendat ad flumen Euphratem: q̄ in parte Cappadocia ab armenia diſiungitur:& q̄q̄ ad naues codicariæ occultæ p hyemem fabricatæ aderant.Varro de ui.pa.lib. .iii.q̄ antiqui plures tabulas cōiunctas codices dicebant:a quo in thyberi naues codicarias appellamus.

Codrus dux athen. Seruius ſuper daphnim.& Iuſti.in ſecundo.Tor.

Cœmiteriū a κοίμ.ω.ωῦ:quia ibi mortui dormire dicantur.T.

Cœnobium ubi cōmunis uita ducitur.T.

Cœna a κοινῆ communis: quia in communi cœnabant plures.Vnde Iuuena.Secreto cœnantes arguit & erat: quod nunc prandium dicimus quoque nunc cœnam ueſpernam. Tor.

Cœnaculum locus ſuperior: ideſt ſine inferiore taberna & officina ad cœnandum aptus: & tota ſuperior pars ſecundum Varro. & p loco ubi pauperes cœnabant: in ſignificatu diminutiuo.Rarus uenit in cœnacula miles

Cœnatio pro loco ad cœnandum in imo domus ponunt poetæ.T.

Cœlum uel a cælo ſculpo: quod a κοῖλον uenit:quia in ſculptura concauum eſt : & inde cælebs.Alii cælum cū æ diphthōgon: quod magis placet:ut in diphthongo uidebitur.

Cœleſyria caua ſyria. Tor.

Cœus gigas filius Titani & terræ:unde cœa iſula:ubi regnauit.T.

Choenica menſuræ genus.Feſtus.

Cœna apud antiquos dicebaſ: quod nunc eſt prandium ueſpernaꝝ:quam nunc cœnam appellant.F.

Cœnacula dicuntur ad quæ ſcalis aſcendiſ.F.

Cœnaculum ubi cœnabant.Feſtus.

Cœnatus:ut pranſus:ut potus: ut lotus : ideſt confecta cœna.Varro de ui.pa. li.iii. ut eius conuiuium qui triumpharet in capitolio uidetur eſſe proprium:ut ipſe potius domum reduceretur cœnatus a conuiuio.No.

Cneus ob ſiigne neui appellatus q̄ unū pnomē uaria ſcriptura notaſ. Alii enī neum:alii gneum:alii cireum ſcribunt : qui c littera in hoc nomē littera uſa eſt: olim enim dicebāt frumentum:nunc frumentum: & foretur & foretis non fortis:& enatura non natura:ergo.etiam qui ſ corporibus gigni ſolet gneus appellatur:qui.Cn.ponunt corruptione ſyllabæ delectari:nunc qui neuus lenitate.

Cœnitaret a cœno cœnas.Lucili.in tecto ruthonis:quod fecit in tuſculano tricliniū habuit & delicate cœnitaret.V.

Cœnitaretur inſtrumenta gulæ: quæ enumerare longum fuit:ingenio excogitata uel ſtudio confecta in mirum cauſæ fuerunt: propter quas tot numero leges de cœnis & ſūptibus ad populum ferebantur & imperare cœpit in patentibus ianuis pranſitaretur & cœnitaretur:ut ſic oculis ciuium teſtibus faćtis luxuriæ modus fieret. Ma.

Cogerē urgere.M.T.de offi.libro tertio.Diogenes contra nimium te ſoluere coegit : qui ne hortatus quidem eſt.Terentius in eu. lubes ne:iubeo cogo atq; impero. No.

Cogere mollire ſubigere. Varro in uirgu.diuina ſed pauca arpiæ occiono coactas libamẽta legem caduca uetus. No.

Cogere in unum colligere . Siſen.hiſto.lib.iii. Summoti & intra mœnia rurſum coacti. Cicero tuſcula.libro primo.Cælum hoc ſ quo nubes:imbres:uentique coguntur. Terētius in eu.quaſi talenta ad quindecim coegi.M. T.ad.M.Catonem. Coactoque in unum extraque caſtra in lycaonia apud comum face ret. Virgilius in bucco . Cogere donec oues ſtabulis.No.

Cogere mulgere.Vir.in buc.Cogite oues pue ri ſi lac præcepit æſtus. Vt nup fruſtra preſabimus ubera palmis.No.

Cogere ſtringere.Vir.geor.li.iiii.Nam frigore mella cogit hyems : eadēq; calor liquefacta remittat.No.

Cogere imprimere coartare.Vir.li.v.Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis Scindebant.No.

Cogitare & deliberare hoc differunt . Cogitare eſt confirmare.Tur.in bœtōribus. Quæſo cogita & delibera.Idem in philoparo.Certum ac deliberatum eſt me illis obſequi.Se. & No.

Cogitare a cogendo dictū:mens plura in unū coegit:unde edicere poſſit.V.

Cogitatio dicta uelut coagitatio .i longa eiusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicandi. Fe.

Cogitationem uulgus minime esse actionem.

Cogitatum aduerbialiter pro cogitare. Fe.

Cognoscere audire existimare. Lucil. lib. xxvi.

Ré cognoscat simul & dictis animi attédat postulo. Pompo. in pa. sapi. Ego magnis curabo ubi cognouerit omnes una assentiat. Teren. in and. Eo pacto & gnati uitam & cõsilium meum cognoscés. Virgilius geor. Ne refugis tenuisq; piget cognoscere curas. No.

Cognoscere diligenter & attente considerare. Terentius in ecy. Postquam ipse sese & illam & hanc quæ domi erat cognoscis satis. Do.

Cognoscere noscere uel percipere. Virgilius libro. xi. Venatu assiduo & totum cognouimus agmen. Idem geor. libro secundo. Núc quo quæ modo possis cognoscere dicã. M. T. i Hor. unde autem facilius q ex animalũ monumentis aut bellicæ res: aut omnis reipub. disciplina cognoscitur. N.

Cognoscere & agnoscere. Virgilius in buccolicis. Incipe parue puer risu cognoscere matrem. M. T. de repub. libro .i. Cognoscere me hercule inquit consuetudinem istam & studium sermonis. Var. Sexq; Vlysse uereor ne me quoq; cum ab illo cosũm reuertero præter canem cognoscat nemo. Nonius.

Cognitu facilia eadem ratione dicitur qua dictu facilia: & perspectu & factu facilia. F.

Cognitor qui litem alterius suscipit coram eo cui datus est: procurator autem absentis nomine auctor sit. Festus.

Cognomen est eiusdé nominis. Afra. in diuortio lesium genus cognominationis morborum cognominis. Nonius.

Cogo colligo. Virgilius in bucco. Tityre coge pecus. Seruius.

Cognomines dicuntur qui eiusdem nominis sunt. Fe.

Cognosco quære in uerbo æstimo.

Cognationis nomen a græca uoce dictum uidetur σὺν γγονους. sic enī illi uocant: quos nos cognatos appellamus. Cognati sunt & quos agnatos lex. xii. tabularũ appellat: sed hi sunt qui patrem. Agnati qui ex eadem familia: qui autem per fœminas coniunguntur cognati tantum nominantur proximiores: & agnati sui dicũtur. Inter agnatos igitur & cognatos hoc iterest quod iter genus & speciem. Nam qui est agnatus & cognatus é: nõ utiq; autem qui cognatus est & agnatus. Alterum enim ciuile: alterum naturale nomen est: nũc uero nõ percipimus his nominibus: idest cognatos: etiam in seruis. Itaq; parẽtes & liberos fratresq; etiam seruorum dicimus sed ad leges seruiles cognationis nõ pertinẽt. Cognationis origo & p fœminas solum cõtingit. Frater enim est qui ex eadé matre tantum natus est. Nam qui eundem patrem habent licet diuersas matres: agnati sunt. Paulus de gradibus.

Cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur. Nam quædam cognationes iure ciuili: quædam naturali cõnectũtur: nõnúquam utroque iure concurrente: & naturali & ciuili copulatur cognatio: & quidé naturalis cognatio per se sine ciuili cognatõne itelligitur quæ per se fœmina defcédit: quæ uulgo liberos peperit. Ciuilis aũt per se quæ etiam legitima dicitur sine iure naturali cognato. Cõsistit per adoptionem utroq; iure cõsistit cognatio cum iustis nuptiis contractis copulantur: sed naturalis quidem cognatio hoc ipso nomine uocetur. Ciuilis autem cognatio licet ipsa quæque per se plenissime hoc nomine uocet̃ .ppriæ tamen agnatio uocatur: uidelicet quæ per mares cõtingit. Modesti. de gradibus.

Cognoscere est instrumenta relegare & recognoscere & dispungere & cõferre accepta & data. Vlpia. de uer. sig.

Coguntur. i. impelluntur. Hor. li. ser. omnes eodem coguntur. Acron.

Cogeonum montem sacrum appellant apud getas deos: maxime cultos. Eodem nomie annem præterlabentem dicunt.

Cognoscimus ignota & inuisa: Agnoscimus quæ a nobis exciderant. Caper.

Cognati appellati sunt quasi ex uno natiũr la beo ait: q; quasi cõmune nascendi initiũ habuerint. Vl. de cogna.

Cognati ab eo dicti putãtur: quasi una cõmunitere; natiuel ab earum orti progenie sint Modesti. de gra.

Cohortat. Quadrigarius in quinto annalium. Et ducerent castra facta esse atq; hos cohortarent uti maturarent. No.

Collyristæ quære i uerbo argentarius. L.

Columus a corylus pro materiato ex hac arbore. Laurentius.

Colophon dixerunt cum aliquod finitũ signi ficaretur: uenit enī ex uocabulo græco κολοφος: idest altus locus: & colophos circa Ĩsulam: ut Horatius li. epistolarũ. Quid tibi uisa chios bullati notaq; lesbos: smyrna qd & colophos.

Colchos scythiæ ciuitas ũde nata é medea. A.

Coloni. Hor. li. car. Siue iopes erimus coloni. Colonos autem dixit quasi nihil ppriũ habentes: sed temporales terræ cultores.

Colliberti commilitones: quære i uerbo liber tus. Laurentius.

Collis est(ut ita dicam)monticulus siue per se & a monte separatus:siue pars montis. Iugū ipsa arguitas montis & procliuis & prona supinitas:cui similis e i cole:Cliuus tamē mollis magis & clæmens: ut cliuus capitolinus: inde Roma septicollis dicta: & septimontialia sacra olim celebrata Romæ:promontium mons est in mari prominens:ut Plini. promōtoria aperiūt mari & rerū natura agitur i planum.Lau.

Collegaꝫ appellatōe cōtinent qui sunt ejusdē potestatis.Vl.de uerbo sig.

Colaphizo alapam incutio:unde colaphus.

Colyma uetatio:non uetitio:ita & cætera primæ cōiugationis in atio a supino i itū: seco sector qui est uēditor bonoꝝ exulis & sectio ipsa actio:lauarū & potatum: lotio & potio: lotor & potor:lauatio etiam aliquādo & potario lotium pro urina a iuuo iutor uel adiutor:a domo domitor.

Coitus solis defectus non nisi nouissima prima ue fieri luna:quod uocatur coitus. Pli.

Condruſi belgarum populi inter eburonēses: qui nunc leodienses sunt regnos & treuiros quorum erant clientes menapiis Mosæ fluuio & syluæ ardunenæ finitimi gente nomie & numero germani:apud quos est ad rippas Mosæ Horum oppidum ab Antonio pio: (ut quidam scribunt)conditum& benefacta appellatum nomen retinēt:dioceſis sunt leodienſis : & usq; ad ciuitatis fere mœnia protendunt:cuius nunc ducatui lucēburgēſi ac comitatui Namurcenſi Mosæ fluuio finitimi.

Colyphium cibus quo luctatores utebant:ut Iuue.& ita græci.Tor.

Colica passio intestini:quod græce colon.T.

Colocasia herba nobilissima i ægypto: de qua Pli.li.xxii.quæ & cyamon dicit fortasse:quā fabam ægyptiam dicimus.T.

Colossus rodii statuam solis habebant. lxx.cubitorum altitudinis:quam fecit cares lyndius Lisippi discipulus ea prostrata est post qn quagesimum sextum annum rhodos aspera obstitum ad pugnam.

Colobium uestis sine manicis:a κολοβόω breuio.Tor.

Colocynta:quam nostri colloquinta : agrestis cucurbita.Diasco.Tor.

Colchos regio in ponto regnum oetæ. T.

Colla nostris gluten.T.

Collyrium medicamentum oculoꝝ.T.

Colophon urbs lydiæ nobilis oraculo clarii. Apollinis.

Colon artus membroꝝ & iternodiū:& nomē intestini: inde colosus a membris pro membrosa & alta statura:de quo Pli.xxxiiii.

Colyphia panes erāt palæstritaꝝ membris firmandis:quē admodū gladiatores(autore Plinio)caricis utebantur Coliphia.luuenalis:lutatur paucæ comedūt colyphia paucæ:κῶλον græce:latine mēbrum ſiꝙ fortitudinē.

Colosseros formosior uel membrosior: nā colon est membrum.

Collibus genus nūmi minuti colibatis manibus:sicut trapezita mensarius: trapeza enim mensa est.

Cohors ꝙ milites se ad pugnam inuicem hortentur:quod si est cū uerbis hortor solo usu aspirationem receperit in noie cohors aspiratio erit interiecta:aut qđ usus uicerit ut primitiuum aspiretur:& simiſiter in uerbo cohortor:a quo(ut dixi)uolūt dicta cohortari:siue autē ꝙ ducat ab eo uel bo quod non probo:siue aliunde:certe aspirationem exigit cohors etiam cum locū gallinarum & anserum significat:ut apud Ouidium. Abstulerat multas illi cohortis aues. Varro uult cohortem uile spacium esse ītra materiā ubi coerceātur.i.claustra teneāt aues altiles.Itaqꝫ si coercēdo cohors dicta est mutata littera e in o habebit aspirationē hiatus causa. Ego quidem arbitror cohortem mihi tum uel ductam esse a finiūltudie cohortis alitum:quæ potius uidetur: inde dicta est ꝙ illic sint simul ortæ quasi coortæ : Vnde & altiles dictæ sunt:eo ꝙ illic una alātur: & ꝙ pterea a cohorte dicuntur cohortales:uel ab horto:quod est uerisimilis . Nunc ꝙ ueteres hortos uicos dicerent ꝙ qui arma ferre possent ibi nascerent(ut supra dixi)inde cohortem dixerunt manum hominum ex eodem uico ad pugnam exeuntium ꝙ illi essent ex eodem horto:idest uico nā & galli:ut apud Cæsarem est hoc modo pugnabant : ut qsq; pagus per se i cohors:ut apud Martialē.Pauce cohortis aues:inde aspirationē hēt : idq; uetus indicat epigramma:quod est nemesiæ in tēplo trinitatis: hoc modo. T. filio oratio legato.xxii.chortis primus potens philargyrus,

Collynista nummularius & minutus mensarius:forte trapezita. Tor.

Colphus sinus.

Collabella adiunge labra: laberius: ānalibus ꝑ annua collabella oculum.No.

Collachrymare:collachrymat qui suas lachrymas alienis cōmendat. Tere.in and.Curabat una sunus tristis interim nōnunq; collachrymabat.Do.

Collacea qua porta Romæ collatina dicta est Festus.

Collatiuum uentrem magnum & turgidū dixit Plautus:quia in eum omnia edulia cōge-

runtur. Festus.

Collatinum sacrificium dicitur quod ex collatione offertur. Festus.

Collatia oppidū fuit prope Romam: eo q; ibi opes aliaq; ciuitatum fuerint. Festus.

Collare uinculi genus quo collum astringit. Lu.lib.xxix. Cum manicis catulo collarique ut fugitiuum deportem. Nonius.

Colere ihabitare. Vir.li.iii.æne. Mater cultrix cybele & rursum. quas dira cæleno harpyiæ que colunt aliæ. Plau.in aulu. Hanc domum iam multos annos est cum possideo & colo Var.in eumenidibus.ut Mercuriū arcadon colorium. In eumenidi.ut naiades undicolæ Nonius.

Colere exercere ut rusticī. Virg.geor.li.i. Fructusq; feros mollite colendo. No.

Colere diligere. Vir.in buc.Ille colit terras: illi mea carmina curæ. Idem in quarto. Solā nā perfidus ille te colere. Ter.in heau. Quippe forma impulsī nostra: nos amatores colunt. Lucil.li.xxvi.qua re hoc colere est satius q; il la studium omne hic consumere. No.

Colere ornare. Var.in taphemnippo. Aut i se gestibus post mensam colligebant qui domi cilia colerent. No.

Colere & maioribus & minoribus conuenit. Teren.in adel. nos colunt maxime. Vir. post habita colusse famo. Do.

Colere pati. Teren.in heau. Tum ille uitā illā colet inopem carens patria. No.

Collegæ appellatione duo continentur: qui sunt eiusdem potestatis. Ser.

Colles q; posteaq; cāpis proxima superiora loca colere cœperunt: a colendo colles appellarunt. V.

Collegæ quod una lecti. Varro.

Collecta q; ex plurimis locis in unū lecta. V.

Coles capita uitium quæ dicunt: quære in pā pinarium. Va.

Collis quirinalis quirini fanum est: qui a quiritibus qui cum Tacio uenerūt curribus ad Romam qui ibi habuerunt castra quod uocabulum coniunctaq; regionū noīa oblitte rauit: dictos enim colles plures apparet ex ar georum sacrificiis: in quibus sic scriptum est collis quirinalis terticeps: ædem quirino col lis salutaris quarticeps aduersum est: pilono ris ædem salutis. Collis mutialis quinticeps ad ædem dei Fidii in delubro: ubi æditimus habitare solet. V.

Collis latialis sexticeps i uico stellario summo apud turaculum eo ædificium solū est hoge deoge aræ a quibus cognomia habēt in eius regionis partibus: quæ sunt quartæ regiōis palatium: q; palantes cum euandro uenerūt qui & paulatim & aborigines ex agro reatino: qui appellatur palatium ubi consederūt: sed hocalii a Palatia uxore latini putauerūt eūdem hunc locum a pecore dictum putāt quidam. Itaq; Neuius balantiū appellat: hic germalum & uelium coniunxerunt: q; i hac regione sacri portus est: & in ea sic scriptum Germalensis quinticeps apud ædem Romuli & uelienſis sexticeps i uelia apud ædē deū penatium. Germalium a germanis Romulo & Remo: q; ad ficum ruminalem: & hi ibi iuenti quo aqua hiberna thyberis eos detulerat in expositos alueolos. Varro.

Colurna hastilia ex corno arbore facta imo ex coryloī: ut ex Seruio Priscianoq; licet itueri.

Colinam ueteres coquiam dixerūt: nō ut nūc uulgus putat. Var.i modio. Et hoc ītereſt in ter epicurū & ganeones nostros: quibus modulus uita est colina. Plau. Exi e colina sis foras mastigia: qui mihi inter patinas exilies argutias. Var. de ui. pa. li. i. qua finis sit ātica & postica in postica parte erant colina. & dicta ab eo q; ibi colebant ignem locupletioré domus q; fuerint angustica paupertinis coactæ ipsa nomina declarant. No.

Colligere in unum redigere. Vir. in vi. Colligere arma iubet validisq; ſcumbere remis. Mi. T. in phi. li. vi. Succurrendum. d. b. oēs utiq; cœpere colligere. No.

Colligere reficere. Cicer. in uer. actio. secunda. sed manifesto furto perturbatus ubi se colligit. Nonius.

Colligere celare supprimere. Vir. lib. xii. Subsistit æneas & se collegit in arma. poplite subsidens. No.

Colligere auferre. Luci. li. xxx. Eius hæc & colligis omnia furtim. Plau. in au. quin ipse primum tonsor unguis dempserat: colligit omnia abstulit præsegmina. No.

Coliandrum ex græco. V.

Colophon dixerunt cum aliquid finitū significaretur. Fest.

Colossus a coleto artifice: a quo formatus est dictus. Fuit enim apud rhodum insulam ita tua solis: alta pedes centum & quinque. Fe.

Coquum & pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Neuius coquus inquit edit. Neptunum Venerem Cererē: significat per cererem panem: per Neptūnum pisces: per Venerem holera. Fe.

Coloni dicuntur cultores aduenæ. Vir. i. æne. Tyrii tenuere coloni. Ser.

Colobia genera sunt tunicarum quibus antiqui romanoq; utebant: sic dicta q; ime manicis: siue mutilata fit κολοβον enim mutilum cōpressum: quod græce dicitur. Quo circa apud Virg. troianis obiicit q; uestitus utant manicatis: cū is nō sit uirilis habitus.

Et municæ manicas: & habét redimicula mitræ. Ser.

Coloniæ hec consuetudo est. Non. n. ueniût extrinsecus in ciuitatem; nec suis radicibus utuntur: sed ex ciuitate quasi ppagatæ sunt: & iura istituta: oia populi Romani: nõ sui arbitrii habent: quæ tamen iudicio: cum sit magis obnoxia & minus libera q̃ municipiũ potior præstantior existimatur propter amplitudinem & maiestatem populi Romani: cuius istæ coloniæ quasi effigies parua simulacraq; sunt municipioꝝ iura quibus utiq; per innocentiam non quærunt. A. G.

Colocenses populi ad quos Paulus apostolus complures scripsit epistolas: nunc dicũt rhodienses qui ciuitatem incolunt militibus tẽpli subdita cypro insulæ finitimam.

Colosso colossus ingentem statuam significat moles inqt Plinius excogitatas uidemus statuarum: quas colossos uocant turribus pares: uel ὁ κολοῦεσθαι τὰ οσᾶε ab hebetãdo aspectu natura oculi caligant tãta altitudine spectãda: ut græcis placet: uel a colosso primo opere autore (ut Festus scribit) moles gẽniata equum designat super imposito colosso apud Martialem.

Colorarii qui tota die in arena sunt: uel in prælio.

Coliphia. i. panes luctatorum. gladiatorum ue ro cibus erat ad firmandos artus ficus arida ut scribit Plinius. Martialis de phileni luctãte cum coliphia sexdecim comedit.

Colorum nomina a rebus ipsis deducta sæpe sunt: ut a croco croceus: a ferro ferrugineus; a cæra cereus: a purpura purpureus. Cæruleus tamen est color maris: molicinus color floris maluæ: ipluteus color aquæ hostrinus color subrubeus: item conchyliatus.

Colias quære in uenus.

Colossus ab hebetando aspectu: nam oculi caligant tanta altitudie spectanda: ut uix suspicere possimus. Suida.

Colluuione uerborum teterrima. A. G. li. xii. & Liuius lib. iii. ea colluuione mixtorũ omnis generis animantium & odore insolito & ubi pro confusione: hic pro corruptione.

Columella cognomẽ est georgici autoris a peritate corporum. Pom.

Colubraria contra ebusum meminisse succurrit: quod cum sæpe multo ac malefico genere serpentum: & fit ideo inhabitabilis: tamen ingressis ea intra id spatium quod ebusitana humo circum signauerunt: sine perni cie & tuta appetere aspectum eius puluerisaliud ue quod uerius procul & cum pauore fugientibus. Pom.

Coloniæ nostræ omnes i litteris antiquis scriptæ urbes q̃ item conditæ ut Roma: & ideo coloni & urbes conduntur q̃ intra pomœrium ponuntur. V.

Collucare dicebãt cum prophanæ syluæ rami decideretur officientes lumini.

Colũnæ dictæ q̃ culmina sustineant. Fe.

Colus quoq; masculine dixerunt. Est enim genus tormenti e corio. Fest.

Colluuio labes ex immundicia. M. T. de sene. Cúque ex hac turba & colluuione discedam Nonius.

Colustra lacumen nouũ lac in mãnis. Lucil. li. vi. hiberam insulam fermento omni colore colustra. Lucil. in uirgine. Siquidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte. Nonius.

Collutilet significat dederet. Plau. in trinũmo Hæc famigeratio te honestet: & me collutilet: & sine dote duxeris. No.

Colustrum. i. lac nouum. Ser.

Columbas domesticas dicimus: nam palũbes agrestes intelligimus. Ser.

Columba: require in alites. V.

Colũbella mensa una ærea uinaria: lapide quadrato oblonga: require in cartibulum.

Columbæ dicebãtur prius mares & fœminæ q̃ non erant in eo usu domestico: quo nunc contra propter domesticos usus: quod inter nouimus appellatur mas columbus: fœmia columba. V.

Columbarũ duo genera: unum agreste: quod alii ducunt faxatile: quod habetur i turribus & culminibus uillæ: a quo appellatæ columbæ: quæ propter timorem naturalem sũma loca in rectis captant: quo fit ut agrestes maxime fquantur turres in quas ex agro aduolant suapte sponte & remeant. Alterum genus illud columbarum est clamẽtius: quod cibo domestico contentum intra limina ianuæ solet pasci: hoc genus maxime est colore albo, illud alterum agreste siue albo siue uario. Ex his duabus stirpibus fit raistelum mistum. Tertium genus fructus causa quot incedunt in locum unum: quem alii uocant peristeron: alii peristerotrophion in quo uno sæpe quinque milia sunt inclusæ. Peristeron sit ut testudo magna camera tectus uno ostio angusto fenestris punicatis: ac latioribus retinaculis utrinque: ut locus omnis sit illustris: ut neque serpés aliudue animal malefícum intro ire queat. Intrinfecus q̃ leniss imo mármorato toti parietes ac cameræ obliniuntur: & intrinsecus circum fenestras: ne mus aut lacerta arrepere ad colúbaria possit. Nihil enim timidius columba singulis parientibus. Var.

Collum njuarium ideſt in quo depositis niui-

bus refrigerabatur decocta.

Coliculus siue cauliculus delicatissimus erat Apicii luxuria quę est fastiditus druſus Cæſar.

Columella agnomen georgici autoris: a proceritate corporis. Cass.

Colossus dicit ingens ſtatua κολοῦσθαι τὸ σῶμα: ideſt ab hebetando aſpectu: ut Suidas apud græcos interpretatur: uel i colosſo primo conditore (ut Pompeius ſcribit) hic loqtur de coloſſo Neronis. nam Nero accerſito Zenodoro ex Gallia eius opera & artificio iuſſit ſibi ſtrui coloſſum & .xx. pedum: quæ ſtatua eo mortuo dicata eſt ſoli mutato nomine: & erat in atrio oli eius domus: de hoc inq̃ loquitur: quoniam (ut Suetonius ſcribit) erat i atrio domus neronianæ: ut etiam hic & quod indicat Martialis.

Commendare gratiorem facere.

Cõmitiales dies dicebantur in quibus ad futuros honores deſignabantur.

Compita i quibus ſuga fracta ab agricolis ponuntur uelut emeriti laborationis indicium ſiue quod omnes inſtrumentum exiſtiment facrum: uel compita dicũt: ad quæ plura itinera competunt: uel quod ibi compotare rustici conſueſſent: ut probus putat.

Comagenæ pars eſt ſyriæ: unde comageni dixerunt iecur anſeris maceratum niuibus: qđ medicamentum eſt & comageni inuenerũt.

Committere ducere i inimicitias dicimus cõiunctis: quoniam cogimur inter nos dimicare & contendere: & cõmittũt fere quãdo coguntur ſimul pugnare.

Columinibus hæc ſupra in columbaꝝ. Var.

Columellares require in equoꝝ. Varro.

Columen culimen. Alii columen colũnã: unde columellæ apud ueteres dicti ſerui maiores domus. Luci. xxii. Columella ſeruus neq; infidus domino ne inutilis qua lumine columnam iniuriose ne pede proruas. Columẽ uero famæ ſuſtentatio uel decus: unde colũnæ dictæ. Teren. in phor. Columen uero familiæ cui cõmendaui filium. Dona.

Comalaxare eſt exercere ac matureſacere. Varro i ſlaſtalibus. Nec dolore a diaphoron eſſe quod de philoſophia comalaxarem ea pſem neq; habenas dedi: neq; unq̃ cupiditas impoſuit frænos. No.

Commandacatur. Lucil. in iiii. Aſſequitur nec opinantem in capite inſilit ipſum commandacatur totũ complexum. Idem in .xv. Villi cum ariſtocrotem neaſtrinum atque bubul cum commandacatus: ut corrumpit ad nata adegit. Nonius.

Comœdias conſtat appellari ex eo q̃ in uicis iuuenes cantare ſoliti eſſent crebro conuenientes. Feſtus.

Comeſſatio a uicis: quos græci κωμας dicũt appellatur. In his enim habirant priuſquam oppida conderentur: quibus i locis alii alios conuictus cauſa inuitabant. Feſtus.

Comedum ſua bona conſumentem antiq dixerunt. Feſtus.

Comedo comedõis: qui ut ſupra ſua bona cõſumit. Feſtus.

Comedice figuratum a comedo. Plautus. Etuge heus aſſiſtite & dulce & comedice.

Cometacula uirgæ quas flamines portent per gentes ad ſacrificium: cũ a ſe homines amoueant. Feſtus.

Comedim pro comedam. Plautus in bacchidibus. Quod dem ſortis quidq̃ comedim cõgreget pater. Cicero ad Varronem in epiſtola. Periſſet cura ſi me amas ut ualeas: ne ego iacente te bona tua comedim. Feſt.

Commentum pro communimẽtum. Plautus in amphi. Facias amphitrionẽ aduenientem ab ædibus ut abigas quo uis pacto fac commentus ſies. Nonius.

Commentum a commiſcor: quod eſt fingo Terentius in andria. Atque ipſis commenti placet. Dona.

Cõmentare cõmeare. Neuius in bubulco cerdone: cum ad lupam noſtram tam multi crebro cõmentant lupi. Affranius in Vir. Quo tu commentas ubi conſixus deſides. No.

Cõmeare eſt abeſſe ubi te eſſe oportet. Terẽ. in ecy. Hic raro in urbem cõmeat: unde cõmeatus qui ex aliqua cõmemoratione temporalis abſceſſus. Do.

Cõmodotarius paſſionem ſignificat eſt qui cõmodatum accepit. Lauren.

Cõmendo te regi: ideſt cõmitto: cõmendo te apud regem: ideſt laudo. L.

Commentarii. Seneca. iii. de elamationum. Sine commentario nunquam dixit: nec commentario. Commẽtarius erat in quo nudæ res ponuntur. & Cicero in Bruto. Non eſt oratio: ſed capita rerum & orationis commẽtarium paulo plenius: uel ſunt libri ut idem ubi ſunt fundi Brute: quos tibi pater publicis commentariis conſignatos reliquit: q̃ ni ſi puberem & iam haberet quartum librum cõpoſuiſſet. Vtrum libri ſunt etiam ubi res latæ diffuſæque explicãtur: dicimus primus ſecundusue commentarius: non autem commentarium. Quidam tamen pro expoſitione interpretationeq; auctorum utroq; genere promiſcue utunturur ut Aul. Gel. eſt: ideo probi grammatici commentarius ſatis curioſe factus: & iterum nonnulli grãmatici: qui cõmentaria in Virgilium compoſuerunt. quidam commentum appellant. Lau.

Comes comiti raro dicit: socius socio crebrius: nāque socius est par: comes uero minor quippe qui sequitur & ducem habet: ut Cicero non comites se inquit: sed ducem præbuit: ponitur interdem pro sociouꝝ Cice. in rhetoricis. Qui cum ante lucem surrexisset comitem suum iquit inclinauit: & antea dixit. & secum aliquantū numorum ferentem é comitatus. Nec ficut dicimus cupiditas dicendi pacis est comes ociꝝ socia: non econtra dicemus pax est dux cupiditatis dicendi. neq; ebrietas est dux libidinis: sed ebrietas é magistra libidinis: superbia est mater odii: diuitiæ sunt materia superbiæ: nō autem dux. Comes quoq; qui utꝝ q; sequitur alterius dictum. Socius uero plærunq; in negociis seriisq; rebus & fortunæ arbitrio subiectis. Sodalis autem in rebus leuioribus ac sæpe uoluptuosis: ut Cice. epulabar modice cum sodalibus. sodalitates enim me quæstore sunt isticutæ. Cuius autem sodales inquit qui eiusdē collegii sunt: ut Cicero norbanū quæstorem suum appellat sodalem. Comes é benignus homo & facilis: qui aliis non grauate inserui. Lau.

Comitari minoꝝ est erga maiores. Deducere uero & reducere quotiens alicui officii præstamus comitatum: ut deduc Catonem in senatum cūꝝ domū reduc. Sed hoc est inter homines non multum auctoritatis distates: & quasi ad certum locum. Assectari est quasi comitatum præstare: nō tamen in itinere: aut nauigatione: aut militia: aut fere per urbem: ut Cice. de ora. Cūꝝ maior natu & cōsularis Sergius galba assectaretur. Lau.

Committo quære in uerbo feci inuitus. Lau.

Cōmeatus in singulari tantū pro facultate ad tempus a militia ab alio ut ministerio recedendi: quam præbet militi Imperator eundi quo uelit ad præscriptum diem reuertsuroli cet Liuius libr. xxiii. ait. Magna pars sine cōmeatibus dilabebatur. In utroque autem nu mero p cibariis & alimonia reipublicæ: aut exercitus: aut alicuius multitudinis. Interdū etiam priuatim. Cicero pro lege manilia. Iā cōmeatu & priuato & publico prohibebamur. Lauren.

Committo non committas: ut cum omnia tibi a nobis suppeditata fuerint: tu tibi defuisse uideare. Cicero ut etiam sine ut: sed per quæ obrem quod idem pollet: ut Cicero. Nihil tibi esse committendum considerare debes: quæ obrem eorum quos laudas te non simillimum præbeas: & hoc modo semper accipitur in malam partem & cum negatione. Quapropter non recte dicitur: fac cōmittas ut omnes te laudent. Lau.

Commigrare quere in uerbo migrare. Lau.

Compatiui & superlatiui nominibus magnificus: honorificus: munificus: nulli formatur: sed ex aliis quæ in usu non sunt: ne possunt quidem esse ut magnificentior: honorificētior: munificentior: & in superlatiuo: magnificentissimus: honorificentissimus: munificentissimus: mirificus tamen mirificissimus facit: ut mirificissimus est patruus tuus. omnia igitur a facio fic terminata hāc regulam sequuntur: ut mirificus: maleficus: beneficus uulnificus: tabificus: luctificus: pacificus: sacrificus: morbificus: quæ interdum habent suum superlatiuum: Similia sunt a dico & a loquor & a sequor: ut maledicus maledicentior: maledicentissimus. Benedicus nūꝝ reptum est: neq; benedico composita. Fatidicus ueridicus uero rarum uerbum est. Causidicus magis substantiuum. A loquor magniloquus: grādiloquus: altiloquus. nā loquus: dociloquus: uersutiloquus formant similiter: ut magniloquentior: magniloquentissimus quæ a participio formari possunt: ut magni loquens. Suauiloquens uero dicimus nō sua uiloquus. Maledictus participiū est tantum huius formæ. A sequor pedisequus: quod substantiuum est. Lau. Valla.

Coma breuis capillorum ornatus o correpta syllaba: coma non cæsi capilli: cæsaries cæsi. nam coma pria syllaba longa generis ē neutri: & cæsum latine dicitur: ac utrūq; a græcis sumptum.

Comma pars. Tor.

Comarus arbutus & genus mori. T.

Comata nomen pastoris apud theocritum: & regionis gallorum cognomen: ubi niagnam comam ferunt. T.

Cometes a coma crinita. Plinius in secundo.

Comœdia antiqua & noua. Antiqua quæ atticam retinet gratiā & libertatem: ut Quinti. quæ nostra satyra est. Noua ut nostranisi q; secūdū Quin. eam uenerem non retinemus præcipuus Menāder apud nostros qui fugerunt a Nigidio nominantur. Tor.

Comici qui comœdiā scribunt: comœdus autem histrio: & tragicus & tragœdus. T.

Cōparatiua aduerbia & suplatiua: quæ a præpositionibus ueniunt: præter suam constructionē ablatiui & genitiui: aliquando accusatiuo: ut C. Iulius Octauiū. Propius urbem mouentur. & Saluſt. Proxime Hispaniam mauri sunt. Lauren.

Cōpertū est mihi & exploratū est mihi i. per interrogationem scio: similiter comperi & exploraui. Cōstitutū est mihi: uel deliberatum uel decretum: id est cogitando firmatum est similiter constitui & decreui: at non ita deli-

berauit:possum nãque deliberasse:& nihil tamen constituisse:ut qui oderitis:licet cõsessi oné mea deliberauit:hoc est dubitatiui & hæsitaui. Cice. in uerrem. deliberatũ est:idest fixum & decretũ est. Exploraui tamẽ ꝑ inueni fere accipitur: cũ exploro idẽ est quod in quiro sagaciter:unde exploratores: sic exigo .i.uæhemẽter & iure quo dã postulo:inde ex egi exactum:quod postulãdo obtinui.& postulãdo obtentũ tale est quæsitũ pro partũ: a quæro. Lau.

Cõplacitus quære in dictiõe participia. Laure.

Cõplura quære in uerbo plura. Lau.

Cõplodere est aduersas manus inuicẽ collidere:uel ad testificandũ doloré uel gaudiũ uel admirationẽ uel similia. Supplodere est pedẽ terræ incutere: ꝙ iterim in oratore solet laudari:ut Ci. lam quidẽ explosa sententia est: ap positissimo uocabulo usus est non dicit ejectam:sed quasi pulsationẽ manuũ iniectos a cœtu. Et idẽ Ci. aut si uersu & ꝓnunciatus é una syllaba breuior aut lõgior exibilat & explodit. Explodo nõ tãtum significat eiicio. manibus etiã pulsantibus qualiter quẽpiam e domo:uel a theatro etiam pulsatione eiicimus. Lauren.

Comitem accipere debemus eum qui comite tur & sequatur:& ut ait Labeo:siue liberum siue seruũ:siue masculũ:siue fœminam:& ita comitem labeo diffinit qui frequẽtandi cuiuscũq; causa:ut sequeret destinatus est. Vl.

Cõmodatũ inter & datum utendi labeo qdẽ ait tantum interesse: quãtum inter genus & speciẽ. cõmodari autẽ rẽ mobilẽ: nõ etiã soli utendam:dari etiam soli: sed ut apparet pro prie cõmendata res dicitur etiam quæ soli ẽ idem:q; Cassius existimat. Iulianus amplius etiam habitationem cõmodari posse ait. de uer. sig. Vl.

Compello & appello:ad pulsionem cõpellis & appellis.ad compellationem uero compellas & appellas.

Cõplura dicimus:quis antiqui pluria dixerũt. Cicero de signis. Imo uero alia compluria Teren. in phor. Aduenieti ut fit noua hic cõ pluria. Pri.

Commistioriis urbs est in celtiberis nobilissima. Strabo.

Comaci populi sunt in hispaniaiuxta fontem iberi amnis. Strabo.

Comẽses ex como ciues ẽ gallia cisalpina:quã lombardiam dicunt:cum ex cunis olim ciuitate in cãpania sit eumanus. Stra.

Comũ ciuitas est in gallia cisalpina:iuxta lariũ lacum. Hæc mediocris erat colonia trans pa dũ:sed deinde Pompeius:deinde Scipio:postdiuus Cæsar eam auxerunt.

Cõparatiuũ ſ or ois generis erat apud ãtiquos Valerius antias in li.vi.annaliũ. Hic senatusq; cõsultum prior factum est. Pri.

Comœdia. Cicero pro Roscio. & nomen huic cõficta arbitror a poetis nostris: ut affectus nostros monens in alienis personis: expressa que imagine nostrũ uitæ, quotidianæ uidetemus.

Comes benigni faciles suaues hoies esse dicũt qui errãti comiter mõstrant uiã benigne: nõ grauati. Ci. inquit pro Cor.

Cõmemorare cõmonefacere ſ memoriam reducere. M. Tul. de senectute pythagoreosq; more exercendæ memoriæ gratia qd quoq; die dixerim:audiuerim: egerim: cõmemoro uesperi. Idẽ de finibus bonoꝝ & malorũ: audire Ci. quæ nã sit istius ueteris quam cõmemoras academicoꝝ. & de finibus bonoꝝ & malorũ peripateticoꝝ sententia. No.

Cõmeruisse pro cõmisisse. Terentius ſ andria. Quid cõmerui pater. Idem ſ phormione. Nã si senserit te timidũ pater esse: arbitrabit se cõmeruisse culpam. Do.

Comedones ab edendo. Varro in modio. Putat fore hoc quod hinc comedonibus cõuenit usu: quibus nota uolũtate comedũt: dũtaxat gula gaudet. No.

Cometa stella crinita cæsarie dicta. Ser.

Cõmendare nihil aliud est q̃ deponere. Ser.

Commendo laudabilem reddo. Valerius libr. x. Quapropter non ludicram artem cõmendauit. Seruius.

Comes benigni faciles suaues hoies esse dicũtur: hoc Cicero ſ oratione pro Cornelio balbo. Ser.

Comessatio gemino ſſ scribi debet absq; n. Dicitur enim a commesse infinitiuo de comedo. Est autem cum luxu factum conuiuiũ. Cicero pro Murena. Nam amor non cõmessatio: non libido: non sumptus ostenditur. Ser.

Comest pro comedit. Varro in marcopoli: natura humanis omnia sunt: patria quippe te plus urget: piscis ut sæpe minutos magnus comest: ut aues enecat accipiter. Titinius ſ gemina. Libram agebant satis esse ambobus farris intrite plus comest sola uxor. Idem in fullonibus. Ego me mandatã meo uiro male arbitror: qui rem disperdit ac meã comest. Plautus ſ mustellaria. Nemo uenire saluum quem absentem comest. Idem in trinũmo. Quod & bibit & comest: quod & facit sum pti. Afranius: æqualibus isse ut tu ré narres donec comest hic quotidie. Ponponius ſ pistore decipit uicinos: quod molendum conduxit comest. Neuius in fullonibus feriatis uertit se ſ omnis bestias comest quicquid tetigit tantum. Idem in agricola: ædepoi pater

nam qui comest pecuniam. Lucilius in quar to . Commanducatur totum complexa comestque . Et in trigesimo. Conficit ipse comestque. Marcus Tullius in hortensio . Sed ad extremum pollicetur prolaturum : quæ sæpe ipse comest: quæ efficit dialecticos: co hors. Nonius.

Comendaticias nomen cultori fuit : de cuius obliuione quærebatur dicenti : nunquid ad forum mandas: accipe hinc angustus comen daticias qui illic neminem nosti. Macrob.

Comiciales dies appellantur: cum in comicio conueniebant: qui locus a coeundo: idest simul eundo est dictus. Fest.

Committere proprie est simul mittere: nunc eo utimur: & pro facere aut incipere. Fe.

Comptilis compositi. Pomponius in præcone posteriore. Si sciam quid uelis: quasi comici serui comptilis. No.

Comitasset pro comcubuisset. Actius in gerigona. Tum autem egestis sine esse eodem le cto comitasset pater. No.

Committere effigiare. Pacuuius: Ruptus barbaricam pestem sabinis nostris obtulit nouam figuram factam commissam in fabre. Nonius.

Committere coniungere consociare. Lucilius libro uigesimo octauo. Quod me fiet siquidem non uis te improbo cõmittere. Virgili. libro tertio. Delphinum caudas utero commissa lupos. No.

Committere donare relinquere. Marcus Tullius in uerrem actione secunda. Is calumnia tor ex sinu suo composuit qui illam hæreditatem ueneri ericinæ commissam esse dicerent. No.

Commisere facere. Marcus Tullius i uerrem actione tertia . Ego etiam quæ tu sine uerre cõmisisti uerti crimini daturus sum. Virgil. æneidos libro primo. Quid meus æneas in te committere tantum. Lucilius libr. xxviii. Commouet se nusquam nec committet ut pareat sibi. Idem in libro. xxvi. Ad herum du cis clandestino tibi quod commissum foret ne mutires quicquam nisi ministeria : & foras ferres. No.

Committere & commendare differunt. Committimus magna : & quæ salutem in dubio habent: & quæ magno cum periculo uolumus esse seruata Terétius in andria. Nec satis digna cui cõmittas primo partu mulierẽ Cõmendamus non cognitis: cõmittimus cognitis. Idem in eunucho, Ego me tuæ cõmẽdo & cõmitto fidei.

Commilitium commilitonum sub eodem du cemilitia est. Cor. tacitus: penes quos ciuitas regimen in cõmilitium adsciti.

Committere dicitur initiare. Virgilius libro sexto. Et tuba commissos medio canit aggere ludos. Varro in eumenidibus: Discumbimus multitudo nimis mature cœnam committis.

Committere cedere permittere. Virgilius libro nono. Portam quam ducis imperio cõmissa recludunt. Terétius in eunucho. Oué lupo commisisti, Lucilius libro trigesimo. Quia sua committunt mortali claustra camœnæ. Marcus Tullius de officiis libro secũdo. quãdiu respu. per eos gerebat: quibus se ipsa cõmiserat. No.

Cõmitigare est tundendo deprimere: atq; deponere. Teren. in eunu. tibi cõmitigari uideã sandalio caput. Do.

Cõmiserescimus. Virgili. æneidos libro secundo. His lachrymis uitam damus & miserescimus ultro. Ennius. Hectoris lustris feruos: & uestæ imperiũ & fidẽ myrmidonũ uigiles cõmiserescite. No.

Comitiũ ab eo qđ coibãtur comitiis curiatis & litiũ causæ essent.

Comitiales dies dicti q; tum dum esset populus constituturus ad iusfragium ferundum: nisi si quæ feriæ cõceptæ essent: propter quas non liceret ut cõpitalia & latinæ. V.

Commisisci dictum a con & mente: cum singuntur in mente quæ non sunt: & ab hoc illud quod dicit reminisci: cum cõmentũ pronunciatur. V.

Cõminisci dicere & fingere. Terentius in ecyra. Aliquid tulisse commiscentur malitia piti atq; ætati illorum moribus qui auctus fiet. Donatus.

Cõmissa dicuntur quæ contra testatoris uoluntatem facta: aut non facta ab hærede. Asconius ped.

Comitiũ erat locus prope senatũ: quo quiritibus Romanis: populoque Romano licebat coire. Asconius.

Cõmissionẽ require in seruus: Macrob.

Comitiales dies sunt: quibus cum populo agi licet: & fastis diebus quidem lege agi potest cũ populo non comitialibus utrunq; potest Ma. de fa.

Cõmode pro blande. Terentius in ecyr. haud opinor cõmode. & alibi. Nunquã tã dies cõmode. Dona.

Cõmodũ sicuti plærũq; utile. No.

Cõmodũ aptũ conueniens. Virgili. libr. xii. Ac cõmoda fraudi.

Cõmodũ integrum totũ. Lucilius. Bis quinq; octoginta uidebis cõmoda te capua quinquaginta atq; ducentum. Plautus in afinaria. Viginti argẽti commodas minas eius quidem matri. Nonius.

Commodare est mutuare. Lucil. lib. xxvii. Certa sunt sine detrimento: quæ inter se cõmodent. Marcus Tullius de officiis libro secundo. Atque ut dando & accipiendo mutuandisque facultatibus & commodandis nulla re egeremus.

Commodum pro eo quod cupimus: aut uolumus capimus. Tullius in uerrem. Ante iudicem: quem commodum erat quem uolebat Et Terétius in adelphis. Amat dabitur a me dum erit commodum: adest quod cupiuerit Nonius.

Cõmodare cũ cõmodo dare. M. T. ad filiũ lib. ii. Cui ego quibuscũq rebus potero libentissime cõmodabo. No.

Cõmontanus a monte Sacerna, pbandus: qui ait singula ingere quaternis operis uno operario ad cõficiẽdũ satis esse: sed fi hoc in Sacerna fundo in gallia satis fuit nõ continuo idem in agro cõmontano. Var.

Cõnugento conuocato. Fest.

Cõmunitus pro cõmuniter. Var. reg. diuinarum. Etenim ut deos coleret debet cõmunitus ciuitas. No.

Cõpascuus ager relictus ad cõpascendũ cõmuniter uicinis. Fe.

Comparare & sociare & conjungere. Actius i amphitrione. Qui meum senium cum dolore tuo coniungam & comparem. Plautus in asinaria. Prænde auriculis cõpara labella labellis. No.

Cõparare adæquare. Marcus Tullius ad Cæsarem iuniorem libro primo. Neminem tibi profecto hominem ex omnibus: aut ætepossissem nunquã aut etiam comparassem. Terentius in eunu. Haud ne cõparandus hic quidem ad illum est. No.

Cõparare cõponere machinari. Sisen. histo. li. iiii. Eos qui hoc malum publicum clandestinis consiliis comparauerint. No.

Comparare ueteres confirmare & cõstituere dixerunt. Terentius in andria. Ita me compara rem non perpeti meretricium contumelias. Idem in andria. ut malis gaudeant: atq; ex in commodis alienis sua ut comparent cõmoda. Titinnius in gemina. Ergo ut sua seruet dona nobis faciendum est: ita ut cum ea primum bláditer cõparemus colloquia. Actius in eurysace. Nihil est: si autem ad te retardet socium in portu copiaq; subsistat modo tute ipse affirma & cõpara. Idem in tereo. atq; id ego mecum semper sic agito & comparo quo pacto magnam molem minuam. Turpil. in læmis. Nunquam unius me comparaui seruire elegãtiæ. Marcus Tullius de republica libro sexto. Quumobrem se comparet hic ciuis: ita nec est ut sint contra hæc quæ statum ciuitatis permouẽt semper armatus. Afranius in epistõ. Nam improba & pudica q; sine consulo & parco mihi: quoniã cõparatum uno ut simus contentæ uito. Cicero de finibus bonoꝝ & malorum libro sexto. Omnis auctoritas philosophiæ consistit i beata uita comparanda. No.

Comparare emere. Terétius in eunucho. Des ubi aurum & uestem: atq; alia quæ opus sũt comparet. No.

Comparare acquirere æstimare. Terentius in andria. Atq; ex incõmodis alterius sua comparent commoda. Dona.

Comparare interim existimare. Actius in epinausimache. Proin tu id cui fiat: nõ qui facias compara. No.

Cõparare apparare. M. T. in uerrem actione secunda. Vt erat iter suos copiosos conuiuiũ comparabat. No.

Comparare dare. M. T. in uerrem de suppliciis Et omni gemitu ac dolore certa merces cõparabatur. No.

Comperendinatio est secunda actio. Item cõperendinatio est ab utrisque litigatoribus f. uitis sibi denunciatio in perendinum diem. Nanque cum rem aliquam agerent litigatores: & poena se sacramẽti peterent: polcebãt iudicem qui dabatur post trigesimum diem quo dato deinde inter se comperendinũ diẽ ut ad iudicium uenirent denunciabant: quo cum esset uentum anteaquã causa ageretur: quasi per iudicem rem exponebant: quod ipsum dicebatur causæ coniectio: quasi causæ suæ breuis coactio. Alii sic inter comperendinationem & ampliationem hoc interesse q; comperendinatio ex una tantum reperitur: ampliatio tarde condemnabit. Afconius Pedianus.

Compescere est uelut eodem pascuo cõtinere. Festus Pom.

Cõpernes nominãt homines genibus plus iusto coniunctis. Festus.

Competere compesce dixerunt antiqui. Fe.

Competit pro compescuit. Fe.

Compescere lucumest lucũ suis finibus cohibere. Festus.

Compernes dicunt longis pedibus. Luci. saty. libro. xvii. Nunc censes Caliopeia mora illã non licitum ueterum esse aquæ etiam iguina tãgere mammis compernem: aut uaram fuisse amphitriõis acerni. Alcmenam atque alias lenam ipsam denique nolo dicere: tute inde dissimulabo: elige quod uis. No.

Compedes qui sunt quos epidauri & artinos appellant. centumenim & octoginta rempadminis trabant: ex quibus senatores deligebant: quos artinos appellabãt. Plæbs autem

magna ex parte in agro agebat: uocabantur autem compedes a pedibus: ut cuius facile agniri puluere obliti cum in urbem redirēt.
Compita propriedicuntur ubi multæ uiæ cōueniunt: ut triuium uel quadriuium: aut error.
Cōclaue cœnationem significat: ut Cicero do cet cœnationibus.
Compedes non a pedibus dictæ: sed ab impedimento. Varro in prometheo libro primo. Ego infœlix non queam uim propulsare: at que inimicum horcho immittere: ne quenquam separatas manus compedes conor reuellere. Idem i flexibulis. Domo exeo intro & pedes & corigiis compedio. Idem in parmenone. Lepusculi timentes hoc quadrangulum dedit. Diana ræte nexile archia suis eum fugam lineamq; compediam. Idem i sex ulysse: quo cum ire uellemus obuius. flare: ubi corpori trinos compedes impositas uideo. No.
Cōpetere par esse uel simile. Inde & in æstimatione rei: hoc illi competit dicimus. No.
Cōpetere significat honorem uel coniugium: uel quoduis aliud aduersus alium petere: un de competitor: ut sæpe. No.
Continens est abstinens integre. M. T. ad. M. Catoné. Vtq; copiis & opibus fere uix possimus ea manuetudine: & cōtinētia nostra sociorum fidelitatem tueamur.

Continés coniunctum continuum. Mar. Tullius in epistola ad senatum. Itaq; cum exerciti um ad Cappadociæ parté eam cū cilicia cōtinens iter faceret. Idem in Horten. In continentibus quidem terris uestrum nomen dilatari possit. No.

Conti hastæ longiores & robustæ. Vir. lib. vi. Aut duris detrudere contis. No.

Cōiūgere copulare: dictū est a iugo. Lucil. lib. xxx. Quā mihi q̄tū iter humanū genus regquæ inter se cōiugat cōmutat. No.

Cōtollere contratollere. Plau. in aul. Contollia gradum. No.

Contubernium dicitur cōtubernalium habitatio. Fe.

Cōtubernales dicunt a tabernis: quæ fiebant ex tabulis: unde & tabernacula sunt dicta: licet ex tentoriis & pellibus fiant. Fe.

Contuoli oculi sunt in anguſtum coacti conniuentibus palpebris. Fe.

Contumax proprie dicit contemptor petitorum. Teren. i phor. Præcōtumax redisti huc nobis Pamphile. Dona.

Cōuallis est planicies ex omni parte comprehensa mōtibus collibusue uallis ex duobus lateribus inclusa planicies. Vallis diminuitiuum facit uallicula. Festus.

Conuallis cauata uallis. Varro.

Cōuallū neutri generis Scropha inqt uitādū: ne in eam partem spectet uilla in quam uentus grauior ex his partibus efflare soleat: ne ue in conualli caua: & ut potius i sublimi loco ædifices: qui quod perflatur si quod é qđ aduersarū inferat: facilius discutit. V.

Conuasare est furto omnia colligere. Teren. i phor. Aliquid conuasem atq; hic me cōiecrem protinus in pedes. No.

Conuētio cōdictio dicit: cū primus fecerit de nuptiis & eaq; condictione habeb... F.

n ii

Cõuentus quattuor modis intelligit. Vno cũ quẽlibet hominem ab aliquo conuentũ esse dicimus. altero cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum cõtracta in unum locum. tertio cum a magistratibus iudicii causa populus congregat. quarto cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis: aut gratulationis causa colligitur. Fe.

Conexum est ex parte declinatũ: qualis est natura cæli: quod ex omni parte ad terrã uersus declinatum sit. Fe.

Conuenire placere cõstituere. Sisen. histo. libr. iiii. Signum natus a papo: quod inter eos tolli conuenerat. No.

Conuenere apta & commoda fuere. Terẽtius in adel. Quæ conuenere in andriam. Do.

Conuenisse non inuenisse & uidisse tantum: sed & collocutum significat. Terẽtius in andria. Conueni hodie aduenientẽ quendã mei loci hinc atq; ordinis hominem. Do.

Conuenire aptum esse. M. Tullius in horten. Nam quod uereris ne non cõueniat nostris ætatibus ista oratio quæ spectat ad hortandum. No.

Conuenire significat obuium fieri. Ter. in eu. Conueni hodie aduenientẽ mei loci quendã atq; ordinis hominem. No.

Conuenire uidere. M. Tullius de senectu. Neque uero eos solum conuenire habeo: quos ipse cognoui: sed illos etiam de quibus audiui & legi & ipse conscripsi. Plautus in asinaria. etatem uelim seruire libanum ut conueniã modo. No.

Conuenire colligi coire. Virgilius ænei. libro primo. Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni. Marcus Tullius in philippi. lib. iii. cui quidem hodierno die: nunc enim primum ita conuenimus. No.

Conuenire constare. Teren. in phor. Conuenit numerus quantum debuit. No.

Conuenire similem esse. Varro. Longe fuit q nos fugit solus rhetor: solus rex: solus formosus fortis secus: uel ad ædilicium modius purus puriſſimus adhuc charactera deo panthus conuenit caue attigeris hominem. No.

Conuenire placere certum fieri. Virgilius lib. xii. Cesserit ausonio si fors uictoria Turno. Conuenit Euandri uictos discedere ad urbẽ Marcus Tullius de finibus bonorum & malorum libro quinto. Videndi cupiditate incensi omnes sumus: atq; hoc mihi cum tuo fratre conuenit. No.

Conuenire interpellare. M. T. in uerrem actione secũda. Non dubitat quin ubi ipse uerrẽ conueniſſet: æquitate causa auctoritate sua conuenire hominem possit. Lucilius libro xxxviii. Hæc tu conuentus tela insidiis loca ui. Nonius.

Conuertere magnifice dictum est: ut uerbum magni momẽti & agminis ingentis. Nam cõuertere ſe dicitur quem pompa præcedit. Er Imperator proprie cõuertit exercitũ. Teren. in adel. Ego autem iam tranſacta re conuertam me domum cum obſonio. Do.

Conuicium a uicis in quibus primo habitatũ est uiderur dictum: uel imutata littera quaſi conuocium. Fe.

Conuiuiones compotatores: a bibendo dicti. Lucil. lib. xxvi. Quãdo quidem repperi magnam ex conuiuionibus ex copiis. No. Mar.

Cõuiuii proprietatem. Marcus Tullius de ſenectute demonſtrat. Bene enim maiores accubitionem epularem amicorum: quia uitæ coniunctionem haberet conuiuium nominauerunt. No.

Conuicium dictum est a uicis locus qui secũdum ignobilitatem loci maledictis & dictis turpibus cauilletur. No.

Cõuiuãt pro cõuiuãtur. Pompo. in munda. Si Kalendis cõuiuãt idibus cœnãt foris. Ennius in primo. Stat malo hercle ſuo cõuiuat ſine modo. No.

Conuiuium domũ conuiuii esse opinor. Var. Non tam laurum q̃ ſine fordibus & cõuiuio legi non omnia debẽt: ſed ea potiſſimũ quæ ſimul ſint honeſta & delectant: neq; non de ſenis quoq; menſis cuiuſmodi esse eas oporteat præcepit. A.

Conuiuari conuiuia facere.

Conuiuiũ ut in urbe aut in umbra: aut in ſole pro temporis cõditione inſtruebatur: propterea Teren. in adel. lectulos inquit in ſole iligneis pedibus faciundos dedit ubi poterẽtis uos. Do.

Cõuoti idem uotis alligati. Fe.

Cõuola occulta. Fe.

Cõuertiſ pro conuertit. Plautus in amphitrione. Sed fugam in ſe nemo tamen conuertiſ. Nonius.

Conum quod cogitur in cacumine uerſum. Varro.

Cliophon profopon. i. muta pſona.

Cloacæ foſſæ a clodio duce albanorum dictæ Feſtus.

Clodia familia a Clomo æneæ comite est appellata. Feſtus.

Clotho una ex tribus parcis: quæ ut refert hesiodus in theogonia bonum malumq; futurum mortalibus naſcentibus dant: & uitam nent.

Clotho parca: ſignificat græce clotho uerbũ id quod neo: torqueo & circũuoluo.

Choliambon in carmie iãbico magna est acer

bitas:qua'i usus est bibaculus infensus in primis Catoni grammatico. Archilochus eodē genere usus est:postea fuit excogitatū a mollioribus poetis:ut distractio eo rigore iambico alterum genus institueretur iabicū quod eratised fractum. Vnde dictum est choliambon claudus iambus.

Cohors est spatium illud domi:ubi seruantur altilia: tamen apud Martialem pro parte domus profertur per syncopam. Varro p neutrum profert figuratum.

Cloacare inquinare.unde & cloacæ dictæ.Festus Pomp.

Crocotillum ualde exile.Plau. in extortis. Talis tum crocotillis crustulis.Fe.

Crocodillus:require in anguilla. Var.

Crocitum esse uoluerunt propriam coruorū uocem.Plau.in aulu. simul radebat pedibus terram:& uoce crocitabat sua.No.

Crocatio coruoꝝ uocis appellatio.Fe.

Croto inquit Liuius murum habuit patēte in circuitu.xii.milia passuū ante aduentū pyrrhi in Italiam post illius belli uastitatem uix dimidia pars habitabat in urbe templum urbe ipsa nobilius lacunæ lunonis sanctū omnibus arca populis locus est frequenti sylua & proceris abietis arboribus sæptus: lata in medio pascua habuit: ubi oís generis deæ sacrum pecus pascebatur.

Crocum principatum obtinet alitium ex corycoalterum lycium ex olympo:tertiū centuripinum ex Sicilia nonnulli secundum locum phlegræo dederunt.Strabo.

Crotala quod dicam ingenui filii senatorum i ludū saltatoꝝ cōmeabant: & illic crotala gestantes saltare discebant.

Croesus Alyactis filius rex ultimus lydorum a Cyro superatus.T.

Crocus adolescens:cuius amore Similax uirgo in eius nominis fruticem uersa est: & ipse in florem sui nominis.Oui.ut alii a coryco cilicię oppido:ubi optimus ad medicinā secundum Diasco.T.

Crocodilus animal quadrupes quasi croceus: hic præ oibus ex minimo maximus fit ex ouo ad decemseptem cubitos excrescit:& etiā xx.nocte in aquis diei maiorem partem i humo quiescit:quattuor menses hyemales secū dum Herodotum non comedit:& sola bestiarum non habet linguam:uide Plinium.T.

Crocyla insula apud Homerum.ab aliis corcyra.Tortelius.

Crocylus pastor apud Theocritum.T.

Crotalum instrumentum musicum ægyptiū in solennitatibus deorum:a κροῦω pulso & plaustrum a sono.

Chromaticus qui nulla uerecūdia coloré mutat:uel coloratus.T.& unum ex tribus musices generibus sicut enharmonii & diatonicum.

Chromius uir argiuus secūdum Herodotum & Home.xi.odyssææ filius Nelei frater Nestoris a Diomede interemptus in bello troiano.

Cromma urbis nomen.T.

Chronus tēpus & saturnus apud antiquos posteriores chronus tempus cronus saturnus cæli filius ex Vesta cæpit uxorem opem sororem:qui cum Titano maiore fratre & deformiore conuenit ut ipse regnaret:sed non tolleret uirilis sexus filios: quod Titanus fecit:ut sui fi lii regnarent ita: undeprimus interfectus est.Inde nati sunt Iuppiter & Iuno. Iuno ostensa:Iuppiter absconditus:inde & iscio patre educatus.Inde Neptūnus absconditus.Inde Pluto & Glauca nati.Glauca ostensa:quæ parua mortua ē. Titan cum resciret cum filiis:qui Titani dicti fuit Saturnum & opem compræhendit:& in carcerem trusit. Iuppiter cum magna Cretensium manu Titano uicto exemit patrem in regnū restituit Saturnus inde sorte admonitus ut caueret a Ioue insidias tetendit: quare super eum fugauit:& per omnes terras persecutus est eum: qui tandem i Italiam uenit.Hæc ex sacra historia: & secundum Lactantium secutus est eam Ennius:& quia Italia inferior est q̄ græcia ubi ē olympus finxerit ab ætherio olympo expulsum:& falsicer dictus: quia primus uitem Italis putare ostendit:& cum uenisset ad loca mari infero uicina dictus est ad inferos relegatus est:igitur Saturnus græce tempus quod a cælo est:& omnia cōsumit:ut dicitur filios deuorasse.Ideo apud Ciceronem Saturnus dicitur quod saturat annis. Tor.

Chronicus est prolixus corporis morbus: qui multis temporibus remoratur: ut podagra: phtysis.chronos enim apud græcos tēpus dicitur.

Chronica tēporalia proprie annales:inde chronismos temporalitas: & synchronus contēporanei.Hieronymus.

Crotapos uir antiquissimus.Aristo.

Croton urbs Calabriæ.Oui.xv.inde crotoniata:qui inde est.T.

Copidas uocabant gladios leuiter curuatos falcibus similes.

Choraula est tibicen qui tibia in choro canit.

Chorocitharistæ qui in choro cithara canūt.

Corona querna donabatur: an quod ubiq; in expeditionibus facile sit quercum inuenire: an quod Ioui & iunoni: quos ubi præsidere putant:corona consecrata est:an uetus ab arcadibus mos acceptus est: quibus est quæda

cum hac arbore cognatio: ut enim primi homines ex terra arcades: sic quercus prima ex omnibus plantis nata.

Corinthium æs latius florus quantas opes absturlerit & turbauerit: hinc scias quod quicquid æris toto orbe laudatur incendio supfuisse cognouimus: nam & æris notam præciosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit iniuria permissis plurimis statuis atque simulacris æris auri argenti uenæ incõfluxerint: eo demque modo dicitur signum corinthium .i. ex illo ære: unde labolenus legaris. iii. ticii corinthia uasa legata. Plinius libro. xxxiii. in quarto signis quæ uocant corinthia plærique in tantum capiuntur.

Cophinus græce & cista eodem uerbo dicuntur. id inde in supellectile habebant Iuuenalis: Cophinum frænumq; supellex.

Cornelii forum: nunc Imolam urbem dicimus.

Cornicari su murmurari: & quasi cornicis uoces proferre.

Corduni populi inter belgas sub imperio neruiorum proximi cẽtronibus leuacis pleumosiis et grudiis coris: quære in uenus.

Corduba patria Lucani: quæ in hispania betica est: Hæc soli præstantia opibusque insignis Bethi fluuio iterluitur & protenditur in occasum: qua occurrit oceanus: de quo Ptolomæus.

Corycio parnaso multa loca sunt præcipua sãctitate uenerationẽ digna e quibus coryciũm est antrum eodem quo cilicium nomine. Plinius præterea ita scribit thebis quæ coriciæ cognominatæ sunt iuxta heliconem.

Copi pro copioso. Plautus in pseudulo: atque ego nũc me ut gloriosum faciam: & copi pectore. Turpil. in epidico. Te quidem omnium iam pati copem eam rem facit. Pacu. in perboea. O multi modis uarie dubium: ut prosperum copem diem. No.

Copiantur a copia honeste positum ut lignantur pabulantur & aquantur. Cecil. libro primo. Armis & magno cõmeatu: sed præda ingenti copiantur. Virgilius georgicorum libro quarto. Sub mœnibus urbis aquantur. Nonius.

Copona taberna a copiis dicta. Fest.

Copulantur pro copulant: palliuum pro achivo. Plau. in aulu. Ardent consistunt copulantur dextras. Nonius.

Copiæ cum de exercitu dicitur: pluraliter esse iuntur. Copia uero aliarum rerum est. Oui. met. Ante ait emoriar q̃ sit tibi copia nostri. M. Tullius ad Cornificium. Quãtum copiarum haberes: cum ipsa coniectura consequi poterat: tum ex litteris tuis cognoui. Set.

Copiantur & Romani: iquit Actius: multis armis & magno cõmeatu prædaque ingenti copiantur. Aul. G.

Copia facultas potestasque: ut faciam tibi copiam: id est potestatem & facultatem. Neque cum alio uerbo iungitur q̃ cum facio apud oratores. Poetæ uero cum do. ut coram data copia fandi. Cum aliis uerbis copia pro abundantia accipitur: ut copia fromenti. In plurali etiam multitudinem significabit ut copiæ Pompeii: quod etiam in singulari significat: ut Pompeius ad Domitiũ: ut cum omni copia q̃primum ad me uenias. Lau.

Copula dicitur cuiuslibet rei duplex numerus Vnde tractum est ut matrimonii copula diceretur. Horatius libro carminum. Fœlices ter & amplius: quos irrupta tenet copula. Ac.

Cops uetustissimi tenent hic & hæc & hoc cops & cops pro opulentis & copiosis proferebant. Prisc.

Copulatum ut coniunctum: quod græci uocant σύνζευγμενον: nos copulatum uel coniunctum dicimus: quod est eiusmodi. P. Scipio Pauli filius: & is consul fuit: & triumphauit: & censura functus est: & collega in censura Lucii Mutii fuit. In omni autẽ copulato seu coniuncto: si unum est mendacium: etiam si cætera uera sint totum esse mendacium dicitur. Ná si ad ea omnia quæ de Scipione illo uerba dixi addideram: & Hannibalem in Aphrica superauit. Quod est falsum: uniuersa quoque quæ coniuncta dicta sunt propter hoc unum quod falsum accesserit: quæ simul dicentur uera non erunt. Varro.

Coquitare pro coqui: cocitare idest frequẽter coquere. Plau. polsit. Festus.

Coquinatum ad coquendum. Plautus in aulularia. Neque ego unquam nisi hodie ad bachas in bacchanal coquinatum accessi. No.

Choragium instrumentum scænæ. Festus.

Corona cepione centurione & præconе: quæ pridem electa est aspiratio. Nam corona: ut grammatici dicunt: aspiratione carer: siue a choro dicta fit: siue q̃ ab honore cum cui aspiratio impolita sit.

Corona cũ uideatur a choro dici: caret tamen aspiratione: siue coronæ dicuntur: q̃ honorent eos quibus imponuntur. Fe.

Coram & palam differunt. coram enim ad certas personas refertur: palam ad omnes. Ter. in adelphis. Cur nõ imperabat coram: & coram præsentes: & cora præsentibus dicimus & coram indiget adiectione. palam nõ indiget. Donatus.

Choraulæ a græcis: a nostris tibicines appellãtur. χορος enim chos: significat & αὐλος

tibiam magna olim æstimatione & mensis principium grati Tranquillus de galba cano inquit nire placenti super cœnam denarios quinque donauit: idem Plutarchus in galba in hoc genere claruerunt ismenias Dionysius & nicomachus.

Corollaria a corolla coronarum dona. Sueto. lib. ii. Itaque corollaria & præmia in alienis quoq; muneribus ac ludis: & crebra & grandia de suo offerebat.

Choragium dicimus dispensatorem largitorem exhibitorem: ut in augusti carmen Suetonii. Cum primum istorum conduxit mensa choragium.

Corolla diminutium est a corona. Corollam noua nupta de floribus uerbenis herbisque a se lectis sub amiculo ferebat. Festus Pompe.

Coracem est nomen positum pro coruo. Marcus Tullius de oratore libro secundo. Quare coracem uestrum istum patimur nos pulsos suos excludere. No.

Corradere difficulter comparare. Terentius i adelphis. Minas decem corradet alicunde: & corrasi omnia. & i phormione. Et credo munus hoc corraditur apta in uerbo difficultas Donatus.

Coram ad personas accipitur. Virgilius æneidos primo. Coram quem quæritis adsum troius Aeneas. Et Seruius Sulpitius ad Ciceronem. Qui si istic affuissem: neque tibi defuissem: coramq; meum dolorem declarassem Seruius.

Corbites dicuntur naues onerariæ: q in malo earum summo pro signo corbes solerent suspendi. Festus.

Corculum a corde dicebant antiqui solertem & acutū. Plau. in cassina. Ego sum liber meū corculum melliculum. Fe.

Corda fruméta quæ sero matureſcunt: ut fœnum cordum. Fest.

Cordi est honeste dictum. animo sedet. Lucil. libro. xxvi. Et q tibi istæc magnopere cordi est: mihi uæhementer displicet. Idemque Si porro tibi istæc res iccirco cordi est: q re utilis. Nonius.

Corgo apud antiquos pro aduerbio: quod est profecto ponebatur. Fe.

Corinthienſes ex eo dici cœperunt: ex quo coloni corinthum sunt deducti: qui ante corinthii sunt dicti: quam consuetudinem seruamus etiam cum Romanenſes & Hiſpanienſes & Sicilienſes negociatores dicimus: qui i alienis ciuitatibus negociantur. Fe.

Corinna nomen puellæ fictum ab Ouidio. nā duæ fuerunt corinnæ utraq; thebana & carminibus lyricis erudita: adeo ut iunior cum Pindaro cōtendisse dicatur. huius tumulus in Boetia erat ipsius effigie uirta coronata i monumentum superati Pindari (autor Pausanias) inde Ouidius puellæ suæ nomen honestum indidit.

Coruscatum cliuatum locus erat trans thybrim corinthibus dicatus q in iunonis tutela esse putabatur. Feſt.

Cornua liberi patris simulacro adiiciunt: quē inuentorem uini dicunt: eo quod homines nimio uino truces fiunt. Nonius.

Cornua q ea quæ nunc sunt ex ære: tunc fiebant bubulo cornu. V.

Cornua a curuo ære dicta: quod placraq; curuamus. Varro.

Corripere contorquere. Virg. æne. lib. iiii. Turbine corripuit. No.

Corripere excutere. Vir. æne. lib. iii. Corripio e stratis corpus. No.

Corripere raptum inferre. Terentius in ecyra. ita corripuit de repente tacitus sese ad filiā. Donatus.

Corite leue missile in modum sagittarū. Vir. æne. libro. x. Coritiq; leues humeris & læthifer arcus. No.

Coritus arcuum theca: dicitur etiam forulus sagittarum: quam & pharetram nominamus. Virgilius in. xi. Quis tela sagittæ coritiq; leues humeris & læthifer arcus. S.

Cora Tiburti frater: a quo oppidum Volscorum. Alter orator siculus & Tisias primi rhetores.

Corax Arethusæ filius: perſequens leporem: delapsus e petra periit: mater se in fonte fusfocauit. Inde petra coracos & fons Arethusæ dicitur. xiii. odysseæ. Sunt autem Ithaca. Tortel.

Corciros non longe a Pompeiopoli oppidum portu saloque icingitur angusto tergore cōtinenti ad nexum: supra ſpecus est nomine Concius singulari genio: ac supra qui ut de scribi facile possit eximius grādi nanque hiatu patens montem littori appositum: & decem stadiorum cliuo satis arduum: ex summo statim uertice aperit: tunc alte demissus quantum demittitur amplior uitet lues pubentibus undique & totum se nemoroſo la terum orbe complectitur: adeo mirificus ac pulcher: ut mentes accedentium primo aspectu cōsternat: ubi contemplari diuauere nō satiat unus in eum descensus est angustus asper quingentorum & mille passiuum per amœnas umbras: & opaca sylua quiddā agreste resonantis uiuis hinc atque illinc fluitan tibus: ubi ad ima peruentum est: rursus spe-

gus alter aperitur ob alia dicendus terret ingredientes sonitu cymbalorum diuinitus & magno fragore crepitantium: deinde aliquã diu pspicuus: mox & quo magis subitur obscurior ducit ausos penitus alteque quasi cuniculo admittit: ibi ingens amnis ingẽti sonore se extollens tantum modo se ostendit: Et ubi magnum impetum breui alueo traxit. Iterum demersus absconditur intra spatium est magisquam ut progredi quisquam ausit horribile: & ideo incognitum. Totus autem angustus & uere sacer habitatur a diis: & dignus: & creditus: nihil non uenerabile: & quasi cum aliquo numine se ostentat.

Corfina ĩsula in Ionia ĩ sinu smyrneo est thermodon amnis & urbs leucua extra fines Ioniæ ultima. Pom.

Corithos olim clara opibus post clade notior nunc romana colonia ex summa arce quam acrocorinthon appellant maria utraq; contuens Peloponensi oram: sicut diximus: finis & promontoria lacerant ab oriente bucephalos & cheronnesus & scyleon ad meridiem malea tænaros achritas lchitis ad uesperum Chelonates & Taraxos habitant ab Isthmo ad scyleon epidauri Aesculapii templo inclyti & troezenii fide societatis atticæ illustres portus Sardonicus & Schenitas & pagonus: Oppida autem epidaurus & Troezen: & Hermiona his littoribus apposita sũt. Pomp.

Corybantes populi cretæ: qui cum curetibus Iouem infantem aluere. Tor.

Corydalus genus auiculæ. T.

Corycus urbs ciliciæ & portus & mons ubi o ptimum crocũ: ubi spẽcus amplissimus: uel tres potius: quorum ultimus typhoneus: de quo Luca. inde corycius. Item corycus collis iuxta delphon etiam cũm spẽcu. Homerus ĩ hymnis & Herodotus.

Cors pars domus ubi altilia seruabant.

Cortina quidam græcum dicunt: sed potius a coriis ex quibus cõficiebatur primo: quibus loca abdita in tẽplis separabantur locus: unde præceptum oraculi datur. Ser. Plinius uero tripodem dicit. Seruius quod corio phythonis rectus sit uel quasi cortina: uel quod eor uatis illic tenditur. T.

Cortyna urbs cretæ: quæ gortyna potius. Tortelius.

Corydon pastor. Tor.

Corcyra ĩsula ĩ Ionio: olim phæacum patria: & Alcinoo: inde corcyretum. Martialis. quis corcyreti. Tor.

Corylus arbor est & fructus: quæ a nostris dicitur nellana a loco scilicet ubi primũ cõpta fuit Vir. li. geor. ii. Neue ĩter uites corylũ sere. T.

Corymbus proprie est fructus hederæ: & inde corymbiferus: ut Ouidius libro fastorũ primo: Festa corymbiferi celebrabat græcia bacchi. Tor.

Corinus ante Homerum primus Iliadem cõposuit.

Corinthius Sinus ionii maris olim phion dicebatur.

Cornelia olim habebatur. insignis pudicitiæ. Scipiõis aphricani filia nupsit Cornelio graccho: cui genuit. C. & Thyberium Gracchos. ad utriusque filii eloquentiam plurimũ contulit præceptis suis: ut scribit Quintilianus: his subiatis per seditionem popularem miseria præ dolore mortua.

Choris nympha.

Corybãtes cybelei: de quibus Ouidius: de his est historia.

Corinthus dicta est ephyre a nymphatur scribit Pausanias: & interpres Apollonii postea corinthus a corintho iouis filio baptẽis dicitur. Nam familia battiadum ãnis ducentis corinthon tenuit: ut Strabo scribit. L. Cypselus tyrannus eos deleuit. hi sunt quorum factione Targnius & demaratus domo electi sunt: ut scribit Dionysius Alicarnaseus. Ouidius. Et qua battide bimari gens ortæ corinthо.

Corinthus urbs Achaiæ a Sisypho latrone æolidis filio condita. Eusebius prius cercyra: inde Ephyra: inde instaurata a corintho Orestis filio: unde nomen accepit ense: inde corinthiacus & corinthius. Tor.

Coritus oppidum dictum in colle eiusdem nominis: a Corito rege conditum: patre dardani uel uxoris ex Ioue. T.

Cordei medorum sunt montes.

Cordi est: idest delectat & placet: Vt Cicero. Ideoque eo mihi magis est cordi: idest magis delectat. Terentius. Si hæ nuptiæ sunt tibi cordi: idest iucundæ. Animo est: idest animus est mihi: uel uolo: uel constituo: ut Cicero ad Terẽtiam. Nam mihi erat in animo mittere ad Dolobellam. Lau.

Corobius uiri proprium. T.

Corone urbs Achaiæ: a qua coroneus. Tortelius.

Chorus secundum Festũ: a corona: sed potius græcum a χάρα secundum Platonem in iii. de legibus.

Corasmii populi asiatici. Hero.

Chorgules & musicum instrumentum: & pulsantis nomen. Iuuenalis.

Chorda græcum nomen: secundum Iulium Pollucem.

Chorea.g.ea e longa a bre. Virgili. Choreas & carmina dicunt. T.

Chorebus uiri proprium. T.

Chorineus proprium. T.

Choriambus pes choris aptissimus.

Corylus: idest auellana: quæ ab auellino cāpaniæ nominata: ubi abundat. Ser.

Corripio raptum perago. Virgil. in. vi. Corripiunt spacii medium. Ser.

Corymbus uua hederarum. Virgilius in bucolicis. diffusos hedera uestit pallēte corymbos. Ser.

Coruos. require in alites. Varro.

Corporare est interficere: & quasi corpus solum & sine anima relinquere. Ennius in andrōmeda. Corpus contemplatur: unde corporet uulnere. Actius in astasiastis: uel trophæa libro primo. Corpore abstergo es aut sus. Nonius.

Corpulētis. Ennius pro magnis dixit: nos corpulentum dicimus corporis obesi hominē. Festus.

Cortes sunt uillarum inter maceriem spacia. Varro in pappia papo. Dum uixi promiscuis meus in corticibus pauit: Idem de re rustica libro primo. Nec minus & a populo cū redirent anseres: suesporci in corte exteriore. Idem de uita patrum libro primo. Ad focum hyeme ac frigoribus coēitabant: æstiuo tempore in loco propatulo rure in corte: in urbe: in tabulino: q̄ mœnia non possūmus intelligere tabulis maculæ fabricatum. Nonius.

Cortina locus ubi oraculum datur: dicitur autem cortina: uel quod apollinis tripos corio phythonis tectus: uel quod corte illic uates tenetur. Nam cauerna quædam in apollinis templo fuit: ad quam phœbas rapta uaticinabatur. Ser.

Cortina cauerna quædam. Apollinis fuit in tēplo: ad quam rapta: puella uaticinabatur: id: est. phœbas. Virgilius in septimo. Neque te phœbi cortina fefellit. Dicta autē: uel q̄ corteneat: uel q̄ tripos Apollinis phythonis corio tectus erat: aut secundum græcam hetimologiam ὁτι τὴν κορυφὴν τεῖνει q̄ puellam ostendat: uel q̄ certa illinc responsa fundūtur: quasi certina: uel quod uerius est: corillic uatis tendebatur. Ser.

Corte nec minus cū redirent anseres sues porcæ in corte exteriore. Varro.

Cortumnio dicitur a cordis usu. cor enim cortumnonis origo. Varro.

Coruscus crispans. Vir. ænei. i. Tum sylusis fœna coruscis. Ser.

Curriculus cursus. Varro in epistola Iulii Cæsaris. Quē simul ac Romam uenisse: mihi attigit auris nuncio exemplo meos in curriculum contuli prope pedes. No.

Corpus potius q̄ carnem nostrum uiuentium dicimus: ut hominem corpulentum potius q̄: ut aliqui loquuntur: carnosum: ut Quintilianus. Corpulento litigatori: cuius aduersarius & cætera. Et Cicero ad Gallium. Nam & uires & corpus amisi: sed si morbum depulero: facile (ut spero) illa reuocabo. Et Martialis. Inque omni nusquam corpore corpus erat: uidelicet q̄ in corpore illius non erat caro. Laurentius.

Corporeum est existens ex materia atque substantia corporea: & e diuerso incorporeum: ut lapis & uirtus. Corporale uero existens ex materia substantiaque corporea: & e diuerso incorporale: ut domus & legatum. significat enim qualitatem substantiæ. Ibi uero de ipsa substantia: præterea dicimus lapis est res: uel substantia corporea: non corporeus uictus est res incorporea: non autem incorporea. Lauren.

Corrēptorum uel præsidium prouinciarū est notio ex omnibus causis: de quibus uel præfectus urbis: uel præfectus prætorio. Itemq; consules & quæstores cæterique: quos Romæ cognoscunt. Hermoge. de offici. præsi.

Cōram Tício aliquid facere iussus: non uidetur eo præsente fecisse: nisi is intelligat. Itaque si furiosus aut infans sit: aut dormiat nō uidetur coram eo fecisse. Scire autem non etiā uelle is debet. nam etiam inuito eo recte fit quod iussum est. Floren. de ner. sig.

Corporum genera tria sunt. Vnum quod continetur uno spiritu: & græce uocatur ὁμοιομερὲς ut homo: lignū: lapis: & similia. Alterū quod ex contingentibus: hoc est pluribus inter se cohærentibus constat. Græce Ἀναφὲς uocatur: ut ædificium nauis armarium. Tertium quoque quod ex distantibus constat: ut corpora plura non soluta: sed uni nomini subiecta: ueluti populus: legio: grex. Pomp. de usu capionibus.

Corona militaris. Coronæ multiphariæ sunt: quarum quæ nobilissimæ sunt: has fermē esse accepimus: triumphalem: obsidionalem: ciuicam: muralem: castrensem: naualem. Est quæ ea corona quæ oualis dicitur. Est item posttrema oleaginea: qua uti solent qui in prælio non fuerunt: sed triumphum procurant. Triumphales coronæ sunt aureæ quæ imperatoribus ad honorem triumphi mittuntur. Id uulgo dicitur aurum coronarium: hæ antiquus e lauro erāt: post fieri ex auro cœptæ. Obsidionalis ē: quā hi qui liberati sūt obsi-

dione dant ei duci: qui liberauit. Ea corona graminea est: obseruatque solitum ut fieret ex gramine quod in eo loco generatum esset: intra quem clausi erant qui obsidebantur: hanc coronam gramineam. S. P. Qu. R. qui Fabio maxio dedit bello pœnorum secundo: q urbem Romam obsidione hostili liberasset. Ciuica corona appellatur quam ciuis ciui: a quo seruatus est in prælio testem uitæ salutisque percepte dat. Ea fit ex fronde quercea: quoniam cibus uictusque antiquissimus quercus capi solitus fit. Est etiam ex ilice: quod genus superiori proximum est sicut scriptum est in quadam comœdia. Cecilii aduehuntur inquit cum illignea corona & chlamyde dii uestram fidem. Massiuus autem sabinus ſ undecimo librorum me moraliu. ciuicam coronam tum dari solitam dicit: cum is qui ciuem seruauerat eodē tempore ipsum hostem occideratneque locum in ea pugna relinqueret. Ius ciuicæ coronæ negat concessum. Thybernium autem Cæsarem consultum an ciuicam coronam capere posset qui ciuem in prælio seruasset: & hostes ibidem duos interfecisset: sed locum quo pugnabat non retinuisset: eoque loco hostes potiti essent: rescripsisse eum quoque ciuica dignum uideri: quod apparet: tā iniquo loco ciuem ab eo seruatum: ut etiā fortiter pugnantibus retineri non quiuerat. Hæc corona ciuica Lucius Gellius uir censoris in senatu Ciceronem consulem donari Aulus.

Corinthiacus sinus ab eueno usq; araxum annem suum circuitum habet ſtad. duum milium. cc. & .xxx. ab acheloo uero cemenis augetur ſtadiis.

Corinthus duplici mari absoluitur: scilicet Ionio & ægeo. Horatius libro primo carminū Bimarisue corinthi. A.

Coritum uidetur potius esse quæ hodie dicit cortona: q ilia quæ dicitur Cornetaut qui dam putat. Silius libro quinto. Areti muros coriti nunc diruat arcem.

Corripuit accelerauit. Horatius libro carminum. Semotique prius tarda necessitas lethi corripuit gradum: ut Virgilius. Corripere uitam. Ac.

Cornu fortunæ dicitur diuitias cōsueuisse largiri: cuius metaphora dixit. Horatius libro carminum. Hic tibi copia manabit ad plenum benigni ruris honorem opulenta cornu. Acron.

Corona pro ornatu muliebri. Horatius libro carminum. Et scindet hærentem coronam crinibus: ut virgo duplicem gemmis auroq; coronam. Ac.

Corculum diminutiuum a corde. Plautus i cassina. Meum corculum melliculum uerculum. Pri.

Cornu in u latina sunt generis neutri: & aptota in singulari: ut cornu: genu: tonitru: quæ antiquissimi inueniuntur in um quoq; pferentes in eodem genere.

Cornu ſ singulari aptotum est similiter genu: gelu: & tonitru. Inueniuntur tamen etiam neutra in um & in us masculina quartæ declinationis: ut Lucilius. Cornus tibi cura ſinistri. & idem. Seu cornus seu tela iouis præsaga notauit. Cicero tamen hoc genus protulit pro genu: ut in Arato. Tertia sub eandā te genus ipsum lumina pandit. In eodem. Et præter læuum genus omni ex parte locatas Partas uigilias tenui cum luce uidebis. In eodem. Hoc genus ad læuum pisci delapsa resedit: Atque inter flexum genus & caput arctis habens. Actius in promētheo. Profluxus flamine, hyberno gelus. Illud etiam notādum: q cum composita sint plærunque simplicium declinationem seruāt. Capricornus secundæ declinationis inuenitur. Cicero in Arato. Corpore semifero magno capricornus in orbe. Idem ſ eodem. Cum magni cornus capricorni corpora propter. Ouidius in ſecundo metamorpho. Dextra cornu tenet. Idem in uerbo. Flexibilem cornum. Lucretius similiter in sexto. Propteraq; fit utique sæmina cumque habēt in se mittat quia sæpe gelu quod continet in se sunt. Actius fonitus re in ferrum perusit auris inter tonitrua & turbines. Pri.

Coram & palam dictiones præpositiuæ: & aduerbia esse possunt. Virgilius. Coram quem quæritis adsum. Clam uero semper in appositione inuenitur: differunt tamen: quia coram magis ad personas: palā uero ad omnia accipitur.

Cloelia quæ inter obsides pactæ fuit: & horatio cocliti publice præmia data sunt: q ex Pisonis annalibus discimus antea Tarquinio sibi & Sibyllæ posuisse uersimile est: ut scribit Plinius.

Clumæ folliculi ordei. Fe.

Clunes masculine. Plaut. quasi lupus ab armis ualeo clunes infractos fero. F. P.

Corduba in hispania marcelli ædificium turdetanorum agro adiacet. Stra.

Cornū locus est iuxta gades ad occasum. Stra.

Corbelio emporium fuit in gallia super lygerim fluuium. Stra.

Cornog: portus sic dictus uulgo est in oceani littoribus iuxta Britāniam. Strabo.

Corsica insula est e populonia priusquam Sardinia cernitur. distat enim inde sexaginta stadia: quam græci cornum appellant: cuius longitudo est centum & sexaginta milia: latitudo uero septuaginta: secundú alios ambitus est circiter tria milia & ducenta sta. Stra.

Cora iuxta priuernum est inter latinam uiam & appiam. Stra.

Corsica & Sardinia duæ grandes insulæ fræto que diuisæ hetrusco: quarum Corsica littori propior inter latera tenuis & longa præterquam ubi aperta & marianæ coloniæ sút a barbaris colitur Sardinia aphricum pelagus attingens: nisi quod in occidentem q̃ in orientem angustius spectat par et quadrata undique & nusquam non aliquanto spatiosior q̃ ubi longissima Corsica: cæterum fertilis & soli q̃ cæli melioris: atque ut fœcunda ita pœne pestilens in ea antiquissimi populorum sunt liseles urbium antiquissima: calaris & sulci. Pom.

Coracinus piscis palmam obtinet in Aegypto sunt faber gaddibus helops rhodi salmo i aquitania mulus ad Corsicam insulam: quæ ligustico mari est.

Cornelius celsus temporibus augusti floruit: librosque edidit de re militari re rustica medicina ratione dicendi: huius tamen rhetorici cen multis in locis damnat Quinti. & in fine scribit eum fuisse mediocri ingenio: & tamen dignum proposito suo: ut omnia scisse putet.

Cordillæ pisces sunt qui thunninam thúni similes nati sunt matrem secuntur autumno redeuntem ex ponto in magnum mare cordillæ dicútur: cum se immerserint cœno Pelamides. pelon enim latine cœnum post ánu appellatur thunni.

Crocodilus in nilo animal edit oua anseris similia qui crescit ad magnitudinem. xvi. cubitorum longitudo uitæ ferme hominis: caret lingua: corpus squamosum durissimum. cc. lxxxv. dentes duo eminent. Edit homines & alia animalia unguibus discerpit: quod mortui lacerat nunquam sanatur: quot annis parit: raro. capitur ide copia magna: cuius oua animal cuniculo simile ichneumoni conterit natura duce: nõ q̃ ea edit: sed hominú utilitate. Diodo.

Cos insula & urbs in caria. Pom.

Cothon proprium: unde patronymicum cothonides est & cothons poculi genus græci arbores cothonmilterea uocant.

Cota nomen uiri toruum significat.

Cosmetæ ancillæ aptæ ad ornatum dominæ. Nam κοσμεω significat orno.

Cosmici dicuntur ornati & múdani: & cosmicũs proprium. Martialis. Cosmicus ut liquidis perit dum nabat in undis.

Corfinium est pelignorum Metropolis super mare, distat autem: ut inquit Cæsar in commentariis a fulmone milliaribus. xii. M. appellatur alio nomine Italica. Stra.

Coram illo dicendum est: non palam illo: Nã palam ad multa refertur: coram de multis. Caper.

Cornu habet sexagenos milites. Stra.

Choragium dicitur uirginale funus: sicut apu Ieius in metamorphoseon choragium. Itaq; omnem domi unctionem parant. Ful.

Crunes inter Colonienses & traiectenses urbes locum ultra nouensium oppidum Rheno adiacentem non memorat cæsar. Sed Tacitus qui ut coniectura quod assequi possumus cluis etiam locus. Vnde cluienſis ducatus per allusionem ad cluium dicitur.

Cornu fortunæ: quod Hercules victor detraxit Acheloo fortunæ dedit: idque etiam uulgo cornu copia ruris honore ideſt copiis rusticis: ut Horatius libro primo carminum Hic tibi copia manabit ad plenum benigni ruris honorum opulenta cornu. Por.

Coruscare non modo splendere: uerum etiam uibrare significat. Virgilius in decimo. Talia uociferans fequitur scriptúque coruscat. mucronem. Se.

Chorus proprie cœuorum cantus est atq; saltatio. Ser.

Coruus apud antiquos masculino genere dicebatur. Plautus. Iam tibi tuis meritis crassius coruus redditus est: pari modo diuerso genere dicebat: hæc ludus: hæc metus: hæc annus: hæc fons. Fe.

Cossi ab antiquis dicebatur natura rugosi homines: a similitudine uermium ligno ædito rum: qui Cossi appellabantur. Fe.

Cossum dictum quasi cossim. Pom. in porcaria. Hoc sciunt omnes quantum est qui cossum uocant. Nonius.

Clusium uetustо nomine: nunc senensi ditioni subiacet: fuit & olim nomen carmon: ut Plinius inquit.

Coturnix appellatur a sono uocis. Fe.

Cotones appellantur portus in mari interiores arte & manu facti. Fest.

Cothurnum uas in quo sacrificiis uinum fundebatur. Fe.

Cothurnus calciamentum utrique pedi aptũ. Est autem uenatorum crura conuinciens. Virgilius æneidos primo. Purpureoque alte suras uincire cothurno. Græci quoq; cũ quempiam proditorem & uariam sequentẽ fortunam significare uolunt κοθορνον uocant. Ser.

Coturnix a græcis ορτύξ appellat: ea sane est quam uulgus quailiam uocat. Ser.

Cohum quod sub iugo medio canú: quo bura extrema addita opilatur: uocatur cohum a coria. Varro.

Coxendices coxas. Lucilius. Caput colos tentatur truncus sustinetur a coxédicibus. Varro de re rustica. libro primo. Lata fronte naribus simulato pectore laxis coxendicibus. Nonius.

Causonas acus quibus caput mulieris scalpũt Festus.

Cubans auspicatur qui in lecto quærit augurium. Fest.

Cubita septem faciunt pedes duodecim. Aulus Gel.

Culculus tegmen thuris & piperis uenditi.

Culculus in alieno nido fœtificat curucæ: ide dicũtur uiri qui uxores ab aliis possessas amplectũtur & fouẽt: ut curuca oua culculi sua esse existimant.

Cuneus ager lusitaneæ: i quo sunt myrtilli baccæ: ossonoba. Pom.

Cumæ in Campania Italiæ oppidum Italiæ & Siciliæ urbes antiquitate antecellit conditũ ab Hippocle cumæo & Megastene chalcidẽsi nomen fortitum a cumæis: qui ex euboia uenerant: quãuis eam chalcidenses condiderint: ut Strabo inquit: ali a fluctibus qui dicuntur κῦμα τα. Sunt enim in littore appellatas: putarent hæc ex Strabone & Plinio: cymæ græcum ẽ: nos cumæ dicimus: ut apud Sillium consicia cymæ.

Culex opus Virgilianum: ubi deflet mortem culicis pastoris: quod iuuenis & rudis composuit. Martialis. Qui modo uix culicem fleuerat ore rudi. Et Papinius de Lucano ante annos culicis Martiani ferum erat nimiũ ferro cogitaui de his continendis.

Cuneus multitudo in spectaculo quæ ordine non sedeat. Iuuenalis: cuneis an habebãt spectacula totis: quod securus ames: interdũ accipiunt cuneum pro ea multitudine: quæ stat ante subsellia iudicum.

Cunei perspectatoribus spectatores suis ordinis spectabant qui appellabantur cunei.

Cuteletos insula in Aphrica contra maiorem syrtim contra minoris promontoria Meninæ & Cercinna Tarichiæ & agatheæ insulæ contra carthaginis sinum romana clade memorabiles thasos imbros & samothracesscã dile polyagos Scyathos Haloneos insulæ in Egæo mari prope thraciam: & quam aliquã do solum qui mares erant cæsi tantum fœminæ tenuisse dicũtur: atho monti Lemnos aduersa Scyathon insula. Pegaseus sinus prospicit: Pronossos amplectitur: Euboia insula ad meridiem: promontorium gereston & caphareum ad septentrionem Caunum extruditur: & nusquam lata duum millium passuũ habet: ubi arctissima est: cæterum longa totique Bœtiæ apposita angusto freto distat a littore Euripon uocãt: rapidum mare: alterno cursu septies die: & septies nocte fluctibus inuicem inuersis: adeo immodice fluẽs: ut uentos etiam ac plena uentis nauigia frustretur aliquot in ea sunt oppida Styra Erea thria pirannessos oechalia. Verum opulentissime carystos & clalchis.

Culculus require in alites. Varro.

Cucumeres dicũtur a curuore: quasi curui meres dicti. Varro.

Cutiones dicti uidentur a contractione: quod in emendis uendendisque mercibus tardi pueniant ad iusti precii finem. Item apud antiquos prima syllaba per i litteram scribebat. Festus.

Cudere a cudendo dictum. Fe.

Culeus in agro gallico ultra agrum picẽtium in singula iugera dena culea uina faciunt. Varro.

Culcitra quod tomento inculcatur sic appellata. Festus.

Culticula fustículus quidam ligneus in sacris dicebatur. Festus.

Cultio pro cultura. Tullius de senectute. Nũ igitur horũ senectus miserabilis: qui se agricultione oblectant. No.

Culcitra. Varro in quinquatribus. Quam i te studineo lecto culcitra plumea in die dormire. Idem de ui. pa. libro. i. Qui primus uxoré ducebat duabus culcitris: ac duobus thoris plagalis contraxet. No.

Culcitra. Cicero tusculanarum libro quarto. Eripiamus huic ægritudinẽ quo modo collocemus in culcitra plumea psaltriam abducamus. Nonius.

Culcitra q̃ in ea sagus aut tomẽtum: aliudue quid conculcabant: ab inculcando culcitra dicta. Varro.

Cluere ueneris Cloanciæ signa collocata sunt Romæ: ubi Romani Sabinique cum ppter raptas uirgines dimicare uoluissent depositis armis myrtea uerbena pacificati sũt. Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Plinius libro. xv.

Culigna uas potorium. Cato culignam inquit in fœno græco ponitur: ut bene oleat. Festus Pomp.

Culiola cortices nucũ uiridium: dictũ a similitudine culeorum: quibus uinum siue oleum continetur. Fest. Pompe.

Culigna uas uinarium: a græco dicta: quia illi dicũt κυλικα. Fest. Pompe.

Culina uocatur locus in quo epulæ in funere comburuntur Festus Pom.

Culmẽ ideo dictum quod culmis tegitur: ueteres enim ædificia de culmo cõtegebãt.

Culmus est ipse calamus. Vir. geor. primo Ferret hyems culmumq; leuem: stipulasq; uolatis. Seruius.

Culmi qui in summo campo nascuntur: & sũmum culmine teneant appellari. V.

Culullos appellant fictiles calices. Horatius in arte poetica. Reges dicuntur multis urgere culullis Et torquere mero: quem perspexisse laborent. Ser.

Cum imperio est: dicebatur apud ãtiquos cui nominatum dicebatur a populo imperium. Festus.

Cum potestate est: dicebatur de eo qui a populo cui præferebat negocio. Fe.

Cum maxie una pars orationis pro nimis. Teren. in ecy. Hãc bacchidem amabat: ut cum maxime cum Pamphilus cum pater uxorẽ: ut ducãt orare cœpit. Do.

Cum illo nuptam: non illi nuptam: antiqui dixerunt. Terentius in ecyra. Potius q̃ aduersum animi tui libidinem esset cum illo nupta. Ergo ambo sibi inuicem imbuunt. Donatus.

Cum illo haud stares Phædria apud Teren. in phor. In eius parte stamus pro quo facimus. Virgilius. Iuppiter hic stat. Donatus.

Cum significat quo, Terentius in andria. cum alieno more. Cum aduerbium temporis p quando. Idem in ecyra. Cum pater orare occipit.

Cum præpositio: & his dictionibus supponit quicum: quocum: nobiscũ: uobiscum: ne dicamus cũ nobis: q; mala esset locutio. In cæteris uero: ut ipsum nomen præscribit præponitur: ut cum amicis: cum exercitu: cũ aduocato. Donatus.

Cum populo agere: hoc est populum ad consilium: uel ad comitium uocare. Festus.

Cũm alter & cum altero: dictum ab antiquis ita breuitatis causa: ut sodes pro si audes: licet pro scire licet: sis pro siuis. Fe.

Cumerũ uas nuptiale: a similitudine cumerarum: quæ fiũt palmæ: uel parte ad usum popularem sic appellatæ. Fe.

Cunabula lectuli in quibus pueri iacere consueuerunt: uel loca in quibus nascunt: quasi cinacula. Nam κῦειν est græce enim uel parere & grauidam esse. Ser.

Cuniculum foramen sub terra occultum ab animali: quod simile est lepori appellatur: qui subter fossa terræ latere est solitus: aut a cuneorum similitudine: qui omnem materiam feindentes intrant. Fe. Pom.

Cunire est stercus facere: unde inquinare. Fest.

Cuniculus ualidus ãgnus grauis. Virg. geor. secũdo. Glæbas cunctantes crassaq; terga expectat. Seruius.

Cuniculus per quem uapor trahitur in balneariis uaporibus. Hermogenianus de admini. tuto.

Cũctant pro cũctant'. Actius i alphesiboea. ita territa membra animo ægroto cũctant sufferre laborem. No.

Cunĉti significat quidem homines: sed coniũcti & congregati: at uero omnes etiam si diuersis locis sunt. Fest.

Cunctari est dubitare dissipare. Virgilius libr. octauo. Cunctantem amplexu molli fouet: Marcus Tullius ad Cæsarem iuniorem lib. primo. Sed cito petiuit domumque redit cũ ctabantur. Nonius.

Cunctari est manere. Virgilius georgico. libro quarto. Non illis quisquam cunctantibus ad tum ire iter aut castris audebit uellera signa Et ænei. libro quarto. Reginam thalamo cũctantem. No.

Cunctari cunctationem deferre. Virgilius libro sexto. Qui nobis cunctando restituit rẽ. Nonius.

Cumeræ paludes ultra tauro: sunt claustra cubatio: quæ in uerbo crepatio. L.

Cubiculum quod certe a cubili non uenit: cũ inter cubiculum cubile sit dimminutiuum non est. Laurentius.

Cuculum diminutiuũ non est: quia non recte formatur. Lau.

Cuias nostras & uestras: non tantum patriam nationemque innuunt: sed etiam partes & etiam sectam: ut uestrates philosophi nõ sunt ita populares & fauorabiles: ut nostrates & cuiates philosophi uos estis stoici neian epicurei: ut Cicero: non solum etiam ista uestra oratoria: sed hæc etiam leuia nostratia. Laurentius.

Cuia est dicimus: sicut nostra est: tua est: sua é: uel per interest: ut Plau. Ego illũ conueniam atq; eum ducam cuia est fidicina. & Cicero pro muræna. non ei cuia est fidicina. & Cicero pro muræna. Non ei cuia nihil interfuit. Interrogati igit cuius hominis est opus meum est dicendum: non mei. Respondendum ergo per uarios casus. Similiter cuiũ pecus? respondeas meum uel illius.

Cum & quod quidem peculiare in oratiõe exhibent. ut Ci. ad Sulpitiũ. Quo in periculum non nihil me consolatur cum recordor hæc me tum uidisse. quid est quod augeat Ciceroni molestiam: aut quid eum consolat: uel q; magna penuria sapientum esset: uel cũ recordaretur suæ prudentiæ. Lau.

Cum & tum indicatiuum fere postulant. Est autem in cum quidem minus: in tum quidem maius:& aut generali sequente speciali iunguntur:ut Quintilianus.quod cum omnibus confitẽdum est tum nobis præcipue: haud ambobus specialibus:ut idem. Quod opus Marcelle uictori tibi dicamus: quẽ cũ amicissimum nobis tum eximio litterarum amore flagrantem dignissimũ:& cætera uix alter reperies:siquando fit sub duobus uerbis:fiat sub eodem modo & tempore:ut Cicero principio de natura deorum.Cum multæ res in philosophia nequaquã satis adhuc explicatæ sunt:tum difficilis Brute:quod tu minime ignoras. quæstio est de natura deorum.Tum interdum sine cum ponitur in re bus paribus genitnatum uel triplicatum: ut Quintilianus. Nec idignetur Herodotus æquare sibi Titum Liuium:tum in narrando miræ iucunditatis clarissimique candoris: tum in contionibus: supra quã enarrare potest eloquentem:ita dicuntur omnia cum re bus tam personis accommodata. Interdum accipitur pro aliquando: ut tum hoc tum illud dicas.L.

Cuneis dicitur fissile lignum: quia findi tur a fissile:ut Plinius libr.xvii. Hæc maxime fissi lia alia frangi celeriora q̃ findi.Idem nullius fissilerimis hoc lignum:idest fissum.Laurentius.

Culpa medici mortuus cũ medicus adest.desectu medici mortuus est: cum medicus præsto non est:defectio uero est recessio militũ: aut ciuitatis a domino:uel superiore.Defice re'quidẽ & desciscere est a ductu alterius recedere:& quasi rebellare:& defectio quasi rebellio.Lau.

Cuniculus per quem uapor trahitur in balnearibus uaporibus. hermogenianus de admi. tuto.

Cumera est uasis frumẽtarii genus factum ex uimine admodum adductum.Porphi. Cur mea plus laudes cumeris granaria nostris. Hor.i.sermo.

Cum aduerbium esse potest:quando συν significat:& præpositio quando συν:& est copulatiua:ut cũ similitibus pugno cum Imperatore proficiscor: & solum per appositionẽ inuenitur:nec mirum eum in compositione loco eius semper componatur: ut concurro coniungo:contraho:conspiro.

Cululli calices dicuntur: quibus põtifices uirgineſque uestales urebantur. Horatius autẽ lib.car.pro urceolis & conchis posuit: diues & aureis mercator exiccet culullis uina.

Cuticula:& cum omnia huiusmodi diminutiua: tam penultimam q̃ antepenultimã corripiant cuticula: ibi antepenultimam producit.Iuuenalis.Cum libet æstiuum contracta cuticula solem,quod eũ facere metri necessitas compulit.quattuor enim breues habens dictio in heroico poni aliter non poterat:quis Vir.huiusmodi nominibus solet proceleumaticum ponere.Pri.

Cubo, quoque cubui facit: a quo composita: tam primæ q̃ tertiæ coniugationis inueniũtur:tamen perfectum incubo incubas incubui:& incumbo adiecta m incumbis icubui Pri.

Cudo secundum Diomedem cæsium & Focam facit cusi:secundum alios facit cudi. Et uidetur etiam Virgil.sic protulisse in primo ænei. Ac primum silicis scintillam excudit achates:Suscepitque ignem foliis.Excudit.n. tam præsens q̃ præteritum itelligi potest secundum Quintilianũ suscipit subiungit melius præteritum intelligitur.Idem etiam Seruius:in commentario ænei. comprobat his uerbis.Excudit etiam: idest feriendo eiecit, Nam cudere est ferire: unde & incus dicitur q̃ illic aliquid cũdamus & feriamus. Sciendum tamen q̃ eius frequentatiuum cuso cusas:ex quo eius composita incuso incusas: recuso recusas:accuso accusas:excuso excusas. Pri.

Cum iungitur modo finitiuis: modo subiunctiuis: ueluti cum dico:cum dicebam. Item subiunctiuis cum dicam:cum dicerem:sed finitis:quia finitiuis iungitur quotiens ad id tempus quo agebam refertur:ut Ci. Tãtum profeci:tum cum tale a consulatu reppuli.i. eo tempore quo te reppuli profeci.

Cuneus est ager in hispania cõtiguus sacro promontorio. Strabo.

Cubicularius custos cubiculi.

Cubicularis lectus cubiculo actus:ut callicaris artifex callicaris clauus similiter &c.

Cubi sunt populi in gallia:qui bituriges dicũtur ad oceanum spectantes.Strabo.

Culculi est latinos: oppidũ iuxta albam.Ser.

Cumæ sunt post sinternũ: quæ sunt uetustissimæ chalcidensium & cumeorum ædificũ. Ipsius autem classis ductores Hippocles.Cumeus & megasthenes chalcidensis iter se pepigere:ut cumeorum coloni fierẽt illos: appellatio nominaretur:qua ex re cum hac ætate cumæ nuncupentur: a chalcidẽsibus tamen conditum putatur oppidum.Nonnulli cumas ob τακῦμάτα.i.fluctus nomen duxisse memorant:littus enim proximum frequentibus abũdat tergoribus: quibus illi se fremunt:unde Stra.

Cumæ græce per y urbs campaniæ prope baias in humili colle: quã ex Euboia ueniẽtes

condiderunt:fuxta quam subterraneus thalamus Sibyllæ erythreæ: quæ a noſtris Cumana. Ariſto.

Cupio cupiui uel cupii: ueruſtimi tamé etiam ſecundum quartam coniugationem ſolebát hoc uerbum Lucretius fringere:ut arta non primus terrarum clauſtra cupiret. Pri.

Cupariſſe appellantur acies quædam igneæ: quæ nocte apparere ſolét ad ſimilitudinem cupreſſi. Feſtus.

Cupas Varro eſt modus matulæ cupas uinarias ſtuppare noli: adde q; cum uini in uxorcule in opiſcillum, Idem in Sexqui Vlyſſea tertam uiam deformaſſe carneadem uirtutis & cupis acris aceti. No.

Cupas & tinas. Varro de uita patrum:antiqſſimi in conuiuiis primo utres uini poſtea tinas ponebant. Idem mori longe cum operculo ad cupas tertio amphoras. No.

Cupæ ſunt uaſa uinaria maiora ex ligno:quas ſatis impropríe multi uogentes noces:uocari autem cupas id genus uaſis Lucanus oſtẽdit:cum ait. Nanque ratem uacuæ ſuſtentãt undiq; cupæ. Cupis enim naues ſpoſitæ ſubſtinentur in mari: cum ipſarum latera carinæq; refarciuntur: dictæ autem fuere a priſcis:cupæ a caueo:unde caupones dicti a cauſis primo prius copones: ut apud Ciceronem legesia copia rerum: inde caupones dicti ea ratione qua dicitur ploſtrum & plauſtrum: coda & caudaſorex & faurex:corus & caurus: & mille alia.

Cupes & cupedia antiqui lautiores cubos nominabant:inde macellum forum cupedinis appellabant. Fe.

Cupedia cupiditas. Ci. tuſcu. libro quarto. Ambitio mulierioſitas peruicacia liguritio temulenta cupedia. No.

Cupentus lingua ſabinorum ſacerdos dicitur quocirca Virgilius. Nec dii texere cupẽtum quorum ſcilicet miniſterio inſeruiebat. Seruius.

Cupedia a cupiditate ſunt dicta:uel ſicut Varro uult q; ibi fuerit cupedinis equitis domus qui fuerat ob latrocinium damnatus. Feſtus Pom.

Cupedinarii omnes qui eſculenta & poculenta uenduntia rebus cupedinis ab alimento: cupedinarii appellãtur. Varro humanarum rerum numerius equitius cupes iquit. & macellus romanus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis publicata ſunt eorum bona & ædes ubi habitabant diruta: e quæ ea pecunia ſcalæ deũ penatium ædificatæ ſunt:ubi habitabãt. Locus ubi uenirent ea quæ ueſcendi cauſa ſi urbem erant allata. Itaque ab altero macellum ab altero forum cupedinis appellatum. Terentius in eunucho. Interea loci ut ad macellum uenimus concurrunt mihi læti obuiã cupedinarii omnes. Do.

Cupienter cupidiſſime. Actius in philoctete. Cui poteſtas detur tua cupienter malis mẽbra diſcrepat ſuis ſubtus eſt: qui cupida cupi dus cupienter cupit. Nonius.

Cupido & amor ita ſignificare uidentur:& eſt diuerſitas. Cupido enim conſideratæ eſt neceſſitatis. Amor iudicii. Plautus in bacchidibus. Cupido recum ſcæuus an ne amor. Idẽ in curculione. Diſcernit uix eiuſdem diuerſitatis expreſſæ dicens q; uenus cupidoq; imperat ſuadetq; amor. Nonius.

Cupidinem cum fœminino genere dicimus cupiditatem. Virgilius in ſexto. Quæ lucis miſeris tam dira cupido eſt. cum maſculino dicimus ipſum deum. Plautus i penulo. Cupido quantus es. Nonius.

Cupiditas & cupido diuerſa ſunt. Nam cupiditas ẽ leuior. Lucilius. xviii. cupiditas ex homine: cupido ex ſtulto nunquam tollitur q; cupiditas quædam ſit pars tentatio defluens ex cupidine. No.

Cupidinarios uocant uoluptatis & cupiditatis miniſtros. Terentius in eunucho. Currũt mihi læti obuiam cupedinarii omnes cetarii lanii: coqui: fartores: piſcatores: aucupes. Seruius.

Cupreſſi mortuorum domibus ponebantur: ideo quia huius generis arbor exciſa non renaſcitur: ſicut ex mortuo nihil eſt iam ſperandum: quam ob cauſam in tutela Ditis patris eſſe putabatur. Feſtus.

Cuprillia appellatur ager qui uulgo ad capræ palúdes dici ſolet. Feſtus.

Cur aliquando interrogantis eſt: aliquãdo cor ripientis & increpantis. Terentius in andria Sed cur abis ab illa: corripit q; glycerium de ſerat. Do.

Cura dicta quaſi cureda: uel quia cor urat. Fe.

Cura amor eo quod cor urat. Virgilius æneiſiii. At regina grauí iam dudum ſaucia cura. Et ueneris ſuſtiſſima cura. Idem. Ser.

Cura dicta iterum q; cor urat: græci uero uocant καλίζουσας. i. membra edunt.

Cura q; cor urat: hinc curare. Varro.

Curioſitas ſignum eſt loquacitatis: unde Hor. Percontatorem fugito. Nam garrulus idem eſt. Do.

Curioſolitæ populi iter celtas oceanum attingunt: quæ armoricæ appellãtur finitimi andegauenſibus ſeſuuiis oſiſſinis unellis uenetis aulercis rhedonibus: Hos coriſopitenſes eſſe plærique placet in prouincia turonenſi britãniæ ducatu regnoq; francoꝝ ſiti.

Curatores dicuntur qui pupillis loco tutorũ dantur: siue q̃ui rei frumentariæ agriſue diui dendis præpoſiti ſunt. Fe.

Curatum eſt notum. Nonius.

Curatum poſt laborem perfectum. Vir. æneï. lib. iii. Corpora curamus feſſos ſopor irrigat artus: Nonius.

Curtius lacus ad forum eſt: a curtio dictus: uel ut Procilius ſcribit: quoniam cum olim ille terra dehiſceret: & haruſpices reſpõdiſſet deum in antrum poſcere ſtultionem: ideſt uirum fortiſſimum. Curtius quidem armatus equo ſe in uoraginem deiecit; atq; ita terra hiatu obduxit: locuſq; ſeruauit æternũ curtii nomẽ. idem ſentit Liuius: piſo ſcribit datum eſſe nomen a Curtio milite tatii ſabinorum ducis: quĩ nõ nihil in ea palude ob cœnum laborauit: dum pugnaret aduerſus Romulum. Idem Plutarchus & Dionyſius putarunt. Cornelius & Lactantius ſcribunt locum eſſe tactum fulmine: & fæptum fuiſſe a Curtio cõſule cui Marcus genutius erat collega atq; ita manſiſſe nomen loco.

Curatum cum delectu apparatum. Lucil. libr. xxx. Et circum uolitant ficedulæ turdis curatis ſocii. No.

Curare reficere. Vir. geor. iiii. Tum tecta petũt tum corpora curant. Sane curare corpora: ſi de homine dicitur: & cibo & lauatione dicimus: uel alterutro. Ser.

Curabitur imperſonaliter cum difficultate: & quod quaſi arduum & graue eſt curari dicitur. Dona.

Curent recte eſt diligenter coquant.

Curatio proprie medicorum eſt. Cura eſt coquorum. Sed coquina medicinæ famulatrix eſt. Teren. in an. Nempe ut curent recte hæc Cura mentis eſt: curatio medicinæ: curatura diligentiæ. Teren. in eu. Reddunt curatura iuuenes. Do. Cura & ſolicitudo differunt Cura eſt in ſpe bona: ſolicitudo eſt in metu malo. Teren. in phor. Quanta me cura & ſolicitudine affecit gnatus. Do.

Curia locus eſt ubi publicas curas gerebãt. Fe.

Curia ubi ſenatus rempu. curat: & illa ubi cura facrorum publica. Var.

Curiæ etiã appellantur in quibus uniuſcuiuſque partis populi romani quod geritur: quales ſunt hæ in quas Romulus populũ diſtribuit numero triginta: quibus poſtea additæ ſunt quinque: ita ut in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret: feriaſq; obſeruaret. Hiſq; curiis ſingulis nomina curiæ: uirginum poſita eſſe dicuntur: quas uirgines quondã Romani de ſabinis rapuerunt. No.

Curriculo pro curſu ponebant. Plau. licet ingros abire curriculo. Feſt.

Curriculus diminutiuum a curru. Fe.

Curionum æs dicebatur: quod dicebat curio ni: uel ſacerdotium curionatus. Fe.

Curis eſt ſabina lingua haſta: unde Romulus, Quirinus: quia eam ferebat eſt dictus: & romani a Quirino: quirites dicuntur quidã eũ dictum putant a curibus: quia fuit urbs opu lentiſſima ſabinorum.

Curitim lunonem appellant: quia eandẽ ferre haſtam putabant.

Curialis eiuſdẽ curiæ: ut tribulis & municeps. Nonius.

Curiata comitia a curiis appellata. Fe.

Curiata fana a curio dicta ſuit: quia eo loco do mum habuerat. Fe.

Curionem agnum. Plau. pro macro dixit quaſi cura macruiſſet. Fe.

Curio curioſus. Plau. i aulu. Volo ſcire ego ex te quid ſit agnus curio. No.

Curriculum pro curſu: pro loco in quo certamen currendi exercet. Nõnũq; etiãm p curru: ut Curtius li. viii. Alioq; turbati equi nõ i uoragines modo lacunaſq; ſed etiã i amnẽ præcipitauerunt curricula. Lau.

Curſus figurate pro uolatu: uel nauigatõe: uel fuga accipit: & contra: ut q̃ enim inde fugiẽtia: uel a longo curſu perfecuti. L.

Curatorem inter bonorum uentriſq; & inter curatorem furioſi: itemq; prodigi pupilliue magna eſt differentia: quippe cum illis plene rerum adminiſtratio: duobus autem ſuperioribus ſola cuſtodia & rei: quæ deteriores futuræ ſunt uenditio committitur. Hermogenia. de admi. tu.

Curæ dictæ q̃ mentem corrodant & cruciãt. Vir. Quando hæc te cura remordet. Hor. li. car. Neq; aliter mordacis diffugiunt ſolicitudines. Acron.

Currus curriculum facit diminutiuũ neutrũ ſpacium ad currẽdum aptum: id ipſum currendi officium ſignificat. Ser. in arte.

Curiones dicti a curiis: qui fiunt ut his ſacra fiant.

Curioſolites & lexobii & unelli in Normãdia ſunt. Strabo.

Cures urbs quædam inſignis in ſabinis: nunc autem uiculus ex qua exciti ſunt Titus Tatius & Numa Pompilius Romæ quandoq; regnantes: hinc quirites appellare ſolent romanos qui orationem habent ad populum. Strabo.

Curionia facra quæ in curiis fiebant. F

Curiales flamines curiæ: ſacerdotes. Fe.

Curiales menſes i quibus imolabatur iunoni: quæ curis eſt appellata. Fe.

Curiam a cura dicta. Var. deſignat de uita pa. li. ſecundo. Itaq; propter curam locus quoq;

ſuam quiſq; domum ſenator confert curiã appellat.No.

Curiata comitia cũ de generibus oíbus ſuffragium ferat curiata comitia ſunt. A.G.

Curſus eſt pedũ uelocitas. Vir.li.v. Hic q forte uelint rapido contendere curſu.

Curſus uolatus. Vir.lib.vi. Eſte duces o ſi qua uia eſt:curſum q; per auras Dirigite in lucos. Et in buc. Quo curſu deſerta petiuerit uſus Et æne.lib.iii. Sed tibi qui curſum uẽti quẽ fata.M. Tullius de officiis lib.iii. Naues í curſu frumento onuſtas petentes rhodum uiderit.Nonius.

Curſus eſt nauigantis & equitantis.Dona.

Curriculus:ut conſuetudo fert: a curru diminutium eſt dictum. Eſt enim breuiſſimum uehiculi epiroti genus.N.

Curſus nauigio. Virgil.æne.iiii. Eadem impia fama furẽti Detulit armari claſſem curſũq; parari.Ser.

Curtilacus appellatur a curtio:qui eo loco í p fundiſſimum ſeſe ob ſalutem populi Romani proiecit hiatum.Feſtus.

Currules equi quadriiuges.Fe.

Circus dicit ambitus:uel gyrus:cuius diminutiũ eſt circulus. Actius in endro. q; luna circulos annuos inſtitit.No.

Circuliones necandi cauſa promendũ id frumentum quod curculiones ex eſſe incipiunt id enim cũ promptũ eſt in ſole ponere oportet aquæ catinos quot eo cõueniũt & ipſi ſe necent curculiones.Varro.

Curuum uocatur bura:quæ quaſi temo eſt inter boues.Varro.

Curſilirem pro ignaro dicebãt antiqui. Feſtus

Cuſtodelam dicebant antiqui:quam nunc dicimus cuſtodiam.Feſtus.

Cuſtoditio eſt opera ad cuſtodiẽdũ quid ſumpta.Feſtus.

Cuſtos ſpeculator. Vir.æne.iiii. Luce ſedet cuſtos.Ser.

Cuſtos miniſter. Vir.viii. Inde ubi prima quies medio ſum noctis abactæ curriculo expulerat ſomnũ.Interdum officium ſignat.

Cuſtos prohibitor:obſeruator. Virg.geor.iiii. Et cuſtos furum atque auium cum falce ſaligna.Ser.

Cutis græcam habet originem.hanc illi dicũt κυτον.Feſtus.

Cutilla locus appellatur q; in eo eſt inſula cotilia nominata a græcis.Fe.

Cuia pro cuius.Lucil.li.xxx. Cuius opera Troginus calix cuia pro caſtra cluebat.No.

Cuias Cicero tuſcu.li.quinto. Socrates quidẽ cum rogaretur cuiatem eſſe ſe diceret mundanum inquit.No.

Cuius & cuiatis hæc eſt differentia. Cuius ad perſonam refertur hominis:cuiatis unde ſignificat. Actius in telepho. Qui neq; cuiatis eſſet unq̃ potuimus multa rogitantes ſcire. Nonius.

Cluet nominat. Lucil.libro.xxx. Cuia opera troginus calix per caſtra cluebat. Ennius in ambracia:per gentes eſſe cluebat omniũ mi ſarrimus.Pacuuius in iliona.Sed hoc cluent hoſpitium infideliſſimi. Pacu.diſcipulus diſcorporis incluit. Ennius. Muſaq; põpilius cluero tibicinas.Luci.li.xxvii. Viginti domina triginta uel centum tibicinas: cluas. No.

Cliciatum dulce & ſuaue dicebaſ.Fe.

Cluderet:uide infra in.ſ.ſaltem.A.G.

Clunaculum cultrum ſanguinarium: dictum uel quia ad clunes dependet;uel quia clunes beſtiarum diuidit.Fe.

Clutum: græci autem dicunt κλῦτον: unde accepta præpoſitione fit inclytus.in ſæpe.n. agendi cauſa adducimus:ut inuocabant ĩcla mauit.Fe.

Crucium pro cruciat,unde Lucil.uinũ í ſuaue crucium dixit.Fe.

Crumena ſacculi genus.Plau.Dii bene uortãt te ne crumenã numeréſt triginta minæ.Fe.

Crumena loculus κρεμαω ſuſpendo:alii crumena a χρημαται.Tor.

Cruſtariæ tabernæ a uaſis potariis cruſtatis dictæ.Feſtus.

Cruſmata pulſus chordarum.T.

Creatus uir Peloponẽſius pater Amphimachi unus ex græcoꝝ ducibus ad Troiam. Tor.

Cteſias orator ſiculus: de quo Cicero.

Cteſippus Socratis filius. T.

Cteſiphon athenienſis: pro quo demoſthenes orauit.

Criſpa nomen uiri a capitis criſpoſitate.

Crudus ſignificat cibum non coctũ. Crudus item ſignificat hominem qui bene nõ coxit.

Cruſmata dicuntur ſonitus cymbaloꝝ & inſtrumentoꝝ:quæ digitis pulſantur.nã κρουω é uerbero:& e pulſo: unde cruſma modi gadditani.

Cucurbitinũ.Pli.li.xv,eadem cauſa in piris taxatur ſuperba cognomina.Ma.ſat.iii. pirogæ genera cucurbitinũ:cui tum ceruiſa cruſtumium.

Cruſta non eſui apta:ſed aut ædificiis: aut cruſta marmoreæ:uel ut bracteæ tenues.Pli.lib. xxxvi. Specularis uero quoniam & hic lapis nomen obtinet facilioreꝝ multo natura findi tur in quálibet tenues cruſtas.& li.xxxvii.in tam paruas fráganſ cruſtas:ut cerni uix poſſint.& li.xxxvi.Secandi marmor í cruſtas ne ſcio a carie fuerit inuẽtũ: & itęꝫ primũ Romæ parua cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in cælio mõte Cornelius nepoꝫ

tradidit:& pisces cruſtati dicũtur qui cruſta integuntur: ut Li.xi. At in marinis cruſtata & carri laginea priores habent.

Clinici dicuntur medici qui i lecto ægrotum viſitant:a κλινη:quod lectum ſignificat.

Creticon poſſeſſiuum.

Curetes populi cretæ: qui cum corybantibus ioue aluerãt:qui cũ deinde religionẽ ꝓphanerent:a ioue imbribus deleti ſunt:quoꝝ tẽpla cum deinde Iuppiter nacua & ſine honore reſpiceret fungis natis ex pluuia reſtituit. Ouidius.iiii. Alij ſunt ætolis uicini:qui cum ætolis bellum geſſerunt ſecundum Home. Alii in Dalmatia apud quos Antonius clauſus eſt cum magno diſcrimine. Luca.

Cruſtumina tribus a thuſcoꝝ urbe cruſtumina dicta eſt.F.

Cruſtumina pira ſunt ex parte nitentia a cruſtimio oppido nominata.Ser.

Cruſtũ neutro genere dicimus de his quæ comedi poſſunt. Virgi.in.vii.Et uiolare manu malifq; audacibus orbem fatalis cruſti,Hor. Olim dat cruſtula blandi doctores.Fœmineno autem genere fragmẽta dicimus quæ nõ ſunt apta eſui. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ.Seruius.

A ſignificantiam habet manifeſtam.i.dic.Vir.Ii.iii.Da propria thymbreæ domũ. No. Da dic. Virgil.in bucco.Sed tamen iſte deus qui ſit da Tityre nobis.& in libro ſexto. Tuq; o ſanctiſſima uates præſcia uenturi da: nõ indebita poſco.Te.in heau. Nunc quãobrem has partes didicerim paucis dabo.Lucil.li.xxx. Scilicet facere etiam hoc uerſibus reddere quod do.& lib.xxviii.Perſuade & tranſituel da quãobrem tranſeas.Nonius.

Dacronas pro lachrymis: Liuius ſæpe poſuit: nimirum quod græci appellãt Δάκρυα.Fe.

Danubius fluuius germaniæ ex monte qui ar bona dicitur non longe a rheticis alpibus atheſinis;& rheni germaniæ fluminum fontibus in tridentina & Curiẽſem dioceſes oriẽs germanos ſiniſtra':& Hũgaros ac Teutones dextra alluens poſt iſter dictus:ac iterũ Danubius euxino mari pluribus oſtiis ẽmergitur.hunc autem & rhenum fluuium in rhetia oriri quidam tradunt.

Daci populi erant tranſthenani Danubio fluuio & auaritiis ſyluæque Hercinæ finitimi: quos olim Hungariæ partem habitaſſe plærig; tradunt:& poſt ad littora nouergiæ proxima ceſſiſſe hos memorat Luca.i ſecũdo.

Dacus populus germaniæ.

Danubius per ſmania magnaꝝ gentiũ diu eſt deinde aliter appellantibus accolis iſter ſit; acceptiſq; aliquot amnibus igens iam & eorum:qui in noſtrum mare decidunt: tãtum minor Nilo totidem:quot ille oſtiis:ſed tribus tenuibus reliquis nauigabilibus effluit.

Daci populi perſus germaniam e conſpectu & ad iſtri fontes:quos olim Danos appellatos reor:& quo apud athenienſes nomina dauorum & getarum ſeruilia.

Dacia in ſcythia:quidam thraciæ partẽ dicũt: quidam conterminam.

Dactylus digitus & pes a ſimilitudine:ſunt autem pollex ĩdex medius annullarius minimus:& olim qui medio tanq̃ per idicem mõſtrabatur:arguebatur inſaniæ. Vnde Diogenes plurimos ajebat inſanire per digitum:& peregrinis uidere Demoſthenem cupientibus medio digito oſtenditur.Iuuenalis.Mediũq; oſtenderit unguem pro digito.

Daduchi ſacerdotes cereris & geſtantem facẽ Hierophantæ.i.ſacrorum ĩterpretes. Strabo autor idem: bacchæ a βάκχος:quod ſignificat tingo & lauo. nam tingere madefacere é quoniam qui initiabantur lauabantur aqua calida primum.Anaſtophanes primum ex ritu ueteri me lauerunt qui dicebãt myſtæ.

Dadicæ populi ſcytharum in Aſia. Herodo.

Dædalus athenienſis;Eupalami filius faber ægregius qui ſerram aſciam perpendiculũ terebrum inuenit:& malũ & antẽnam nauĩpoſuit:qui accuſatus interemiſſe:Perdiccam ſororis filium iudicii metu fugit in Cretã.

Dæmon ſciens:ſide eudæmon bonus & foelix cacodæmon contrarium.T.

Dactor troianus.

Dai perſarum populi ſecundum Herodo. paſtores omnes ſimiliter Mardi Dropici & Scibacii.

Da ueniam.i.concede quod petitur:præſta beneficium.Ci.de ora.Dabis hãc uenĩã mi frater.Ter.in adel.Da ueniam ne grauere.Do.

Dalmatia regio.

Daliuũ ſupinũ ait eſſe Aurelius: Elius ſtultus oſcorum quoq; lingua ſignificat inſanũ: Sane uero dici putant ipſum:ſquem græci Δηλον : id propter eius fatuitatem quis miſereri debeat.Fe.

Damnum & damnatio ab emptione: & quaſi dimminutione patrimonii dicta ſunt.Modeſtinus de uer.ſigni.

Damaſcus urbs ſyriæ nobiliſſima; Perſiæ uicina duobus fructibus mons eiuſdem nominis maxĩe nobilis eſt prunis.ſ.mixis: ut ſcribit Plinius.

Damaſcia eſt lycanoꝝ: uelut arx quædam inter brigantios.Strabo.

Damma in promiſcuis cũ iuenimus quædam

auctoritate ueteꝝ in a terminata:ſed genere maſculino prolata. Virgilius in bucco. Cum canibus timidi uenient ad pocula dammæ. Hora.tamen foœminium hoc idem protulit in primo car. Et ſuperiecto pauidæ natarunt æquore dammæ. Pri.

Damen nomen proprium hiſtorici damnis. Priſcianus.

Dama græceꝛa Δα.μ.ὶ uel Δορκασ genus caprę ſilueſtris cõmunis generis. Vir.

Damaſcus urbs caput Syriæ: unde damaſcena pruna. Plinius.

Damaſithymus candaulis filius; unus ex ducibus Xerſis. Hero.

Damœtas paſtor apud Vir.& Theo.

Damon muſicus.

Damon & pythias pythagorici amiciſſimi:de quibus Cicero & multi alii.

Damocles unus ex aſſentatoribus dionyſii.

Damnare eſt damno afficere: Vnde & condẽnare dictum eſt econtrario nullo damno affectum indemnem probamus. No.

Damnare eſt exhæredare. Lucil.ſaty. libro.xi. Caſſius cauis hic operarius quem cephalonẽ dicimus ſectorem fruuiũque hunc . Tullius quẽuis exhæredem facit:& damnati alii omnes. Nonius.

Damnare neceſſitate conſtringi. Ter.in phor. Tuus eſt damnatus:non tu. Nonius.

Damnare eſt morti dare. Vir.æne.li.iiii. Nondum illi flauum proſerpina uertice crinẽ abſtulerat:ſtygioq; caput dãnauerat horcho. Actius in armorum iudi . Maior erit luctus cum me damnatum audiet. M.T.in uer.act. prima. Reus ſi iudicium adductus eſt uerres homo uita atq; factis omnium iam opinione damnatus. No.

Damnare & condemnare pro liberare poſitũ. Titin.i uelterna. Fortaſſe uotum fuiſſe quo die liber foret: nunc eius uoti condẽnatus ẽ imolauit hoſtiã. Vir.lib.xii. Quem dãnet labor aut quo uergat pondere lethum. Tur.in leucadia. Et amplius illam appetere cõdecet quãdoquidem uoti condẽnata eſt. Virgil.in bucco. Damnabis tu quoq; uotis. Siſen.hiſt. lib.primo. Quod uoti damnati foetum omnem dicuntur eius anni ſtatim conſecraſſe. Ci.tuſ.li.v. Rerum naturam q̃ errorem damnare maluimus noſtrum. No.

Damnare item eſt aliquid tanq̃ deteſtandũ cõmittere.

Damnare obnoxium & obligatũ facere . Vir. damnabis tu quoq; uotis. Ser.

Damnum a demptione:cum minus re factũ q̃ quanti conſtat. Varro.

Damnum & malum differũt. damnum rei eſt Malum ipſius hominis . Teren.in and. Qui malum aut dãnum dederit . Aliud eſt dãnũ & aliud poena. Nam dãnum & fures afferũt aues & quadrupedes. Poena uero a lege ponitur ne contra quis faciat q̃ iuſſit. Do.

Dãnum ſacrificium quod fiebat ſi operto i honorem deæ bonæ:dictum a cõtrarietate: qđ minime eſſet Δη.μ.οσιον .publicum : Dea quoque ipſa Δη.μ.ὶα & ſacerdos eius Δη.μ.ι.ὰς appellabatur. Fe.

Damyndas uir macedonius.

Daniſta fœnerator: ſic enim græce Δανιϛ.ὴς dictus eſt ετ.ο τοῦ Δανιϛ.ἐιν: hoc eſt a fœnerando. Plau.male morigerus eſt mihi Daniſta qui de me argentum non petit. Ser.

Daniſtæ fœneratores. Fe.

Danunt.i.dant. Pacu.in Iliona: Dii me & ſi per dunt:tamen eſſe ad uitam petũt quod dem priuſquã intereo ſpacium ulciſcendi danunt Plau.in pſeu. Cui ſeruitutem dii dãnũt lenoniam. Neuius belli punici lib.iiii. Eam carnẽ uictoribus danunt. Ci.i plocio. Patire quod danunt quando optata non danunt. No.

Danubii partes ſuperiores uerſus fontes uſq; ad præcipites eius decurſus:quos cataractos nominant danubium uocant: quæ maxie p dacoꝝ agrum delabunt. Alias uero inferiores uſq; in pontum per geras iſtrum uocitat & quæ re plenius in dictione iſter. Stra.

Danæ quæ græce dicitur danai: triũ apud illos ſyllabaꝝ ẽ: nos autem illud i quod apud eos productum eſt uertimus in e longũ: trium autem ſyllabaꝝ eſſe nomen hoc etiam apud latinos edocẽt poetæ: ut Petronius arbiter uxorem ducat danaẽ ipſumq; licebit.a criſius iubeat credere quod danaẽ . & Hora. Incluſam danaẽ turris ænea. In hoc enĩ metro ſecũdum locum tenet dactylus : ad hæc prima ſyllaba huius nominis breuis eſt:quẽ admodum etiam illius nominis. danaus qui igit duarum ſyllabarum faciunt: falluntur i hoc q̃ primam ſyllabam productã eſſe credunt cum ſit correpta.

Danae aliquando diphthongus diuidif. Hor. Incluſam danaen: Acriſii filia:imo nũq̃ diphthongus eſt.

Danaides patronymicũ: a danao deductũ eſt.

Dapſilis cœna eſt diuerſis & ãplis dapibus plena. Titin. Toto ſit in foco de lignis in dapſilis cœna. No.

Dapes non ſolum opiparos apparatus:aut religioſos:ſicuti plærũq; ſignificant: ſed etiã uitabiles & inphandos cibos. Vir.æneï. tertio de cyclope. Nam ſimul expletus dapibus unoq; ſepultus. No.

Dapes proprie deoꝝ ſuntiut Iouis cœna. Vir. viii. Hæc ubi dicta dapes iubet & ſublata reponi pocula. Ser.

Dapsi apud antiquos dicebatur res diuisa: quæ fiebat aut hiberna fœmentia: aut uerna: quod uocabulū ex græco dicitur: apud quos id genus epularum dicitur Δαπὰς. Itaq; & dapsatiæ se acceptos dicebant antiqui: significantes magnifice & dapatiū negocium amplū & magnificum. Fe.

Dapsile. Pompo. in rustico. Quod nunc uis fieri uestræ sume dapsile & dilucide. No.

Dapes uel deorū uel nostrorū in sacris epulæ sunt cibi ministerio hominum: & in nostrum usum comparati. Epulum publicū conuiuium in honorem deoꝝ: aut in ostētationem magnificentiæ: aut in funere quod parentare dicitur & parēstalia: quod parētibus iuxta celebrentur. Lau.

Dapsiliter suos amicos alit. Neuius. Ser.

Daphnes amycles fuit filia: quam ne per uim apollo stupraret luppiter in lauꝝ arboré cō uertit: ut scribit Parthenius.

Daphne adonis: ut Aphthonus scribit: filia: ut nostri aiunt Penei: ut Parthenius in uolumine: quod de amantibus compositū est Amycles filia fuit: sed ne per uim deus stupraret luppiter in laurum conuertit: quæ arbor circo apollini grata esse existimatur: quoniā ut scribit Plinius: in parnaso monte spectatissime uenīāt: unde Apollo daphnites apud Syracusanos colebatur: ut Eusebius refert: daphne oppidū syriæ: ut refert Strabo: daphnem præterea amauit Leucippus œnomai filius: ut scribit Pausanias: quam quo ī habitu muliebri incognita ī uenatione sequeret proditus est sexu ad ladonem: dū lauaret: & necatus a uirginibus.

Daphnis laurus: Mercurii filius formosissimus secundum Ser. Diodorus autem mōtes dicit ī Sicilia ærios fructibus & aquis: & omni re uberes: ubi in fame aliquando carthaginensis exercitus nutritus est: ubi ex nympha daphnidem natum dicūt: & a copia laurorū ita dictum: & multa possedit armenta: & inuenit cārmen bucolicum: & ipse a cura boū bucolicus dictus est: & sæpe oblectauit dianam: qui secūdum Theo. amore periit: & ad eum dii cōsueuerāt ut ad gallum apud. Virg.

Dare exhibere. M. T. de signis Pom. est cum filio: qui tuit in tyndaritno cœnā isti dabat apud uillam. Ter. in heau. Nanq; ei unā cœnā atq; eius comitibus dedi. No.

Dare facere. Vir. ænei. li. i. Tu das epulis accūbere diuum. & lib. iii. Immotamq; coli dedit & contemnere uentos. No.

Dare ascribere. M. T. i uer. Ego etiam quæ tu sine uerre commisisti uerri crimini daturus sum Nonius.

Dare pro inducere. Vir. Magnam dabit ille ruinam arboribus. Ter. in eunu. Dabit hic pugnam aliquam denuo. Do.

Dare fabulā dicimus: ut dare prandium: & addit a datino descendit: & dari dicitur cum agitur: stare cum placet. Ter. in ecy. Hæc cū data est noua. Do.

Dare & dedere differunt. Dare enim est quod repetas: dedere ad ppetuum: & damus etiam amicis: dedimus tantum hostibus. Ter. in pistrinum dedam. Dedere plus est q; cōsentire: quēadmodum in hostium potestatē hostes se dedunt. Teren. in an. His sese dedere eorū obsequi studiis dedere: ergo pertinacibus eorum studiis cōmodior. ſeorum obsequi studiis. Dona.

Dare uerba decipere est eum qui cum rem expectet nihil inuenit præter uerba. Ter. in eu. Et nihil se dedisse uerborum. Idem & ī and. Cui uerba dare difficile est. Do.

Dare ostendere. Lucil. libro. xvii. Animoq; agrotat uidimus corpore hoc signū dare. No.

Daruentius fluuius: qui nascitur ex uno duorum fontium quos habet lacus quidem ingens supra mediauliorum locꝝ nonnulla admodum concaua: & per confragosa loca sese in rhodanū præcipitatalia ex parte qua durias fluit. Strabo.

Dares daren & daretā dixit Vir. Pri.

Dardanus Iouis ex Electra filius: uxore deīde corithi: ut dictum est: ex quo Iasium peperit quem dardanus post patris mortē de regno dissentiens interemit. Inde ira populi nauigauit in samothraciam: inde in Troiam.

Dardæus rex persarum tēpore Thyberii Caii & Claudii secundum Philostratum.

Darius filius hystaspis: qui Smerdum fratrem patrizitis mari Regis persarum occupatoré ī teremit. Hero. de quo Iustinus nomina conīuratorum apud Hero. Otanes in taphernes Sobrias Magabyzus aspitiucus: Hidarnes regnauit Darius. xxxvi. an. cui successit Xerses ex Atosa filia Cyri.

Dastilus Gygis pater. hero. primo.

Dasilos post rhyndacem in Asia: & quam Colophonii collocauere misrella duo sunt: ide modici sinus: alter sine nomine Chion amplectitur phrygiæ haud longe iacētis oppor tunissimum emporium: alter olbianes in .p montorio fert: Neptūnum Fanum ī gremio astacon a megarensibus conditam: deīde priores terræ iterum iacent: exiturq; in pontū pelagi canalis angustior.

Dasi dare. Festus.

Datatim ideſt inuicem dando. Plautus in curculione. Tum isti qui ludunt ferui scurrarū datatim in uia. Afranius ī homine. Datatim uxorem ut ludas. Pompo. in adel. Quod ille

dicit cum datatim in lecto luxi tecū. Neutius in exordio. In molis non ludunt raptim pilo datatim morso. No.

Datiuus pro accusatiuo. Titin. i auito. ubi ambitioni uirtutem uideas antecedere. Terē. in andria. Interea mulier quædam ab hinc triēnium ex andro commigrauit huic uicinię. Var. de uita pa. libro quarto. Tanta porro in uasit cupiditas bonorum plærisq; ut uel cælum ruere magno magistratum adipiscatur oportet. Nonius,

Datum fato decretoq; concessum. Virg. Non dabitur regnis esto prohibere latinos. Ter. i eunu. Est istud datum pfecto: ut grata sint quæ facio omnia. Do.

Dares dux Darii apud Marathonā uictus Herodo. vi.

Daurises dux darii in cariis occisus.

Daunia apulia appellatur a dauno illyricæ gētis claro uiro: qui eam propter domestica sedition em excedens a patria occupauit. Fe.

Dauni habent infernum amnem claternia lucrinum theanum oppida: montemq; garganum sinus est cōtinuo appulo littore incīctus nomine Vrias modicus spatio plærag; asper accessu extra Simponium: uel ut Graii dixere sipillum & flumen: quod camisiis attingens ausidā appellāt post Barium & gnatia: & Ennio ciue nobiles rudię.

Dauni pridem: nunc autem uocantur appuli.

Dauos seruos coruos: nō dauus seruus coruus recte scribendum esset: quia nulla uocalis geminata unam syllabam facit: sed quia ambiguitas uitanda est nomiatiui singularis & accusatiui pluralis: nec etiā pro hac regula digamma utimur & scribimus dauus coruus seruus. Do.

Deactio peractio. Festus.

De pro ab. Luci. Solus iam uim declarasse nullam. Nonius.

Dauci mentulati: quos Sylla optat ad opus.

Deamare uehementer amare. Afra. i uopisco. Voluptatem capio maximā cruciari te tua culpa qui det: & ille illa pessima quā deamas promere. No.

Dearturare est quasi per artus incidere. Plau. i captiuis. Tum igitur ego denuncinatus dear tuatus sum miser. Idem: in eadem. Deartuasti delaceraſti atq; opus confecisti. No.

Deambulatorium locum significat ubi deambulamus. Lau.

Debellare est bello uincere uel capere. Expugnare est pugnando capere: uel oppugnādo uincere: ut Liuius. Vna duas naues expugnauit: cœpitq; Sed debellamus potius homies unde bellatiuum esse dicimus. i. bello certatum. Expugnamus autem opera molesq; ut castra urbes naues. Lau.

Debitor intelligitur is quo inuite exigi pecunia potest. Vl. de uer. signi.

Debuit uerbum omni oratione actionē compræhendere intelligitur: siue ciuilis: siue honoraria: siue fideicōmissi sit persecutio. Vlp. de decurionibus.

Debibo debibis. En. libro octauo. Debibo homo. No.

Debiliter debilitate. Pa. Miseret lachrymis lingua debiliter studet. No.

Deblacterare est stulte loqui: Nam stultos appellant græci βλάκας. Festus.

Deblacterare est obloqui confingere. Luci. li. xx. Deblacterant plenus bonus rusticus conicinit una. No.

Decalicatum calce litum. Fe.

Decernina dicuntur quæ decerpunt purgandi causa. Festus.

Decernere est constituere definire. Mar. Tul. de offi. libro primo. Quare expectanda quidem magna est decernendi ratio: q decertan di fortitudo. Virgilius libro quarto. Decreuit que mori. Terentius in andria. Quicquid peperisset decreuerunt tollere. Plautus in astnaria. Eos me decretum est persequi mores. Varro in eumenidi. Forenses decernunt exi stimatio nomen cum insanorum numerum refert. No.

Decernere est dicere. Plau. i amphi. uter sit nō quit Amphitrio decernere. No.

Decernere certare. Virgilius libro undecimo. Ipsum armis ipsumque iubent decernere ferro. Idem geor. libro tertio. Cornibus inter se subigit decernere amantes. Mar. Tul. philip. libr. tertio. Qué ne seruiam animis armisq; decernere. No.

Decernere est de magnis rebus certam proferre sententiam: unde & senatus decretum. Ter. in andria. Quicquid peperisset decreuerunt tollere. Donatus.

Decemuiri qui athenas pfecti leges. xii. tabularum constituerunt: contra quos nemini p uocare licebat ob insolentiam pulsi: cum oia pene magistratuū munera obiissent.

Decuriæ iudicium ex equestri ordie eligebāt.

Declamare est ficte orare ad exercitationes sed accōmodare oratorias poemata qualia scripserunt Laberius publius. Ardelio nomē stultiis: & nō doctrinæ ab ardendo. i. festinando ardeliones ad omnia festiui & curiosi: sed ut dixi: nouitate nominis iocat Martialis.

Decoquere si absolute dicatur é fugere ob æs alienū: si cum accusatiuo significat penitus consumere tractum a rebus quæ adsumuntur coctione.

Decempeda quam architecti perticam appel-

lant. Ci. in ora. pro Milone. Cum architectis & decempedis lineis qui fit ab ortu solis ad occasum. Alter uillas multorum ortos; pagitabat. Ser.

Decet quære in uerbo conducit.

Declamator est qui studet apud rhetorem i cõuentu; scholastticos; fictam causam orare: uti ueris postea causis possit orare. Ipse quoque rhetor id agens declamator uocat. Orator est qui causas orat: uel in iudiciis: uel i cõcionibus: qui græce dicitur ρήτωρ. i. rhetor. Nos tamen rhetorẽ professorem rhetoricæ uocamus: non oratorem. L.

Declaro frequentius ad facta pertinet q̃ ad dicta. Cicero declarauit id modo temeritas. C. Cæsaris: qui omnia iura diuina & humana puertit interdum in dictis: ut idem ad Ligariũ. Facere non potui quin tibi & sententiam & uoluntatem declararem meam. aliquando p significo: ut idem in libro primo de finibus: nullum uerbum est quod idem declaret latine: quod græce ἄνοιαν: quam uoluptas declaret: idest significet uel ostendat uel indicet. Laurentius.

Decurio est belli & nomen domi quoddã præpositure turmæ significat: ut Suetonius saturius decurio cubiculariorũ: a quo differt decurio municipalis: ut Pli. iunior epistola. i. Esse autem tricentum milium nũmum centum satis indicant: quod apud nos decuriones. Igitur ut te non decurione solum: uerũetiam equite romano perfruamur: offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta milia nummum. Decuriones quod initio cum colonias deducerẽtur decima deductorum consilii publici gratia cõsciebi solita fit. Decurio ergo é maior equite. Eques centurione. Centurio decarcho ex stipendio rum magnitudine. Decurionem ergo rectius appellabimus: quem hodie plærique equité appellant. Est etiam Romanus decurio qui præsẽt decem equitibus Romanis. qui præstant cæteris decurionibus. L.

Decens subst antiuũ neutrum est: sicut contingens: antecedens: consequens: conueniens: accidens: continens: præsens: consonans. p litteram non uocali. Lau.

Decus est illa ut sic dixerim: honorificentia ex bene gestis rebus: Vnde decora militiæ honores: laudes: honestamẽta militi in bello cõparata: cuius contrarium est dedecus prope ignominia quædam: aut ignominiæ genus: & infamis turpitudo: unde dedecoro turpisco transfertur & ad animum: ut Quinti. Satis dedecoris atq. flagitii castra ceperunt. Decor est pulchritudo quædam ex decentia rerum personarum: quæ in locis ẽ poribus q̃ siue in agendo: siue in loquẽdo dicitur: & de uirtutibus: decorum est q̃ hominibus & cõmuni opioni honestũ pulchrũ probabileq; uidetur. Vnde decoro media longa. nam de coro media breui a decus uenit. Lau.

Decedo & migro: sic discedo & recedo differunt: q migrare est domicilio mutare habitandiq; locum relicto priore: cui similia fuit: emigrare: demigrare. Remigrare autem est i pristinum reuerti domicilium. Transmigrare est in longinquiora loci domicilium mutare. Immigrare est in domum aliquam habitandi gratia ire. Inde dicimus migrare e uita idest mori ut Cice. Anteq̃ ex hac uita migro sed nunq̃ sine appositõ. Decedere uero est a mãdato custodiæ suæ loco recedere: ut consules de prouincia dicunt discedere: ut præsidia de urbibus, dicitur etiam decessit p defunctus est: ut subintelligatur uita tanq̃ de custodia. Excedo ablatiuum uita semper de sideratur: ut in Antonium excessit e uita.

Decuriones quos sedibus ciuitatis ad quã pertinent relictis in alia loca transmigrasse pbat præses prouinciæ in patrium solum reuocare & muneribus congruentibus fungi curét Pomp. de uer. sig.

Decuriones quidam dictos aiunt: ex eo quod initio cũ colonias deducent: decima pars eorum qui deducerẽt cõsilii publici gratia scribere soliti sunt. Pompo. de uer. signi.

Decreta generalia sunt præcepta spiritualia.

Decretorium Plinius lib. xvii. circa uirgilias q̃dem pluere inimicissimum uiti & oleæ: quoniam tunc coitus est earũ: hoc est illud quatriduũ oleis decretorii. Item. xviii. res sinũ uitium agitur. uuis sydere illo. canicula: appellamus in eodem. Item aquila signum exoritur uesperi decretorio die floribus oleis.

Decussis hoc est libratis ut etiam ad. c. cẽtussis Persius. Et centũ græcos uno cẽtusse liceret Decussis a decẽ & asse deduci potest: ut centussis: & rum significat decem asses: ut centussis centum assẽs. Sin autem a decutio: unde decussio: ut Cicero in libro de uniuersitate decussiauit: rum datiuus uel ablatiuus erit ut sit decussus fa decussium nominatiuus.

Decocta una quæ expressa liquata bibebant

Decollo decollaui apud ueteres decipio signat ut apud Plau. una est quæ decollatur. Ité Lucilius. xii. Quibus fructibus me decollauisti: quæ significatio apud Fenestellam aliter inuenitur in libro epitomarum. ii. quẽadmodum Cæsar a piratis raptus sit: ut qui eos postea cepit & decollauerit: Veteres autem securi cæsos dicebant. Diomedes.

Decor indecor indecoris. Virgilius in decimo Non autem indecorem tua te regina relinqt

Idem ſ.xii. Nec genus indecoris ſine me hæc audit mollia facta. Inuenitur tamen etiã ſimplex decor decoris penultima correpta apud uetuſtiſſimos quãdo pro decorus decora de eorum accipitur. Neuius in car. belli pu. Magnanq; domum decoremq; dicens uexerat. aliter enim lambus ſtare non poteſt. Salu. in tertio . Equis & armis decoribus cultus . In eodẽ . Dedecores militiq; terga ab hoſtibus cædebantur. Quæ ab eo deriuata uel cõpoſita quod eſt decus decoris: illius declinationem non ſeruant. Pri.

Decempeda. Hora. ii. car. Nulla decẽpedis metatas: græco Δεκαπολις eſt regula decẽ pedum: ad quam ſub artificibus fabricæ menſuram colligimus. Acron.

Decimanus appellaꝫ limes qui ſit ab ortu ſolis ad occaſum. alter ex tranſuerſo circus appellatur cardo.

Decima quæque ueteres diis ſuis offerebant. Feſtus.

Decidua quæ caduntur uel occidua quæ occidãt Laberius in altum non ubi caput a foliis decidua folia pandit. No.

Decores decuriones. Fe.

Decollare ex collo deponere. Neuius Notonicas loui habes uide tibi tradi: in tuo collo ẽ: decolles caue. No.

Decoquere eſt decedere bonis . Tul. philip. ſecundo. Tenes ne memoriæ prætextatum te decoxiſſe.

Decumana oua dicuntur & decumani fluctus quia ſunt magna: nam & ouum decimũ maius naſciꝫ: & fluctus decimus fieri maius dicitur. Feſtus.

Decuriones appellãtur qui denis equitibus præſunt. Feſtus.

Decularunt ualde occuparunt. F.

Decuriones & centuriones a numero cui militia præerant dicebantur. No.

Decuriones primi ſingularum decuriarũ : decuriones dicti ab eo quod ſ finguli turmis. Sunt etiam nunc termones: hi primoque mi niſtros ſibi adoptabant. Octones uocari cœpti: quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt. Varro.

Decurias falcus decurias dici pro eo loco & piure & pro hominibus. A.G.

Decuſſis a decem aſſibus. Varro.

Decumanũ frumentũ dabat Sicilia hoc quod ab oratoribus exigebatur. Aſco.

Decumani publicani uocantur. Aſco.

Decumatos probauere omnes. Qu. Au. Simaci iudicium: quo & decumanos elegit ſodales. atque his ita conſtitutis primum a prætextato ſimul: deinde a ſe deſcendẽtes domũ quiſq; ſuam regreſſi ſunt. Macro.

Decrepitus eſt deſperatus: a crepera animali uitatur crepuſculum extremum diei. tempus: ſiue decrepitus dictus: quia propter ſenectutem: nec mouere ſe: nec ullum facere poteſt crepitum. Fe.

Decrepiti dicti ſunt quorum crepitu & plangore familiæ funera: ideo conclamata fuerit Terentius in eunu. Mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo cum meo decrepito hoc eunucho: & decrepiti dicti ſunt clamoſi ſenes. Do.

Decreta. Herodotus homo fabulator ſ primo hiſto. inuentum eſſe ſub terra ſcripſit Oreſti corpus cubita longitudinis habens. vii. quæ faciunt. xii. & quadrantem : niſi ſi ut Home. opinatus eſt uaſtiora prolyxioraque corpora hominum antiquorum: etiam nunc quaſi mundo ſeneſcente rerum atque hominum decreta ſunt. A.G.

Dædala indiæ ſilueſtris ac montuoſæ regio olim nominabatur.

Dædala circe dixit Virgil. quia Lucre. dixerat dædala tellus.

Dædalam a uarietate rei: artificioſaq; dictam eſſe apud Lucretium terram: apud Ennium Mineruam: apud Virgil. Circen facile eſt intelligere: cum græci uariare ſignificent Δαιδαλειν. Feſtus.

Dedecorare & turpare differunt. dedecoratur enim quod honeſtum eſt: & turpatur quod honeſtum & corporale. Ter. in eu. Quæ me & te familiam dedecoras. Do.

Dedicare eſt proprie dicendo deferre. Feſtus Pompe.

Dedicare eſt dicare. Actius in alpheſibœa . Atuereor cum te eſſe alcmeonem fratrem fratris dedicat. Cecil. annalium libro primo. Legati quo miſſi ſunt ueniunt dedicant mandata. Nonius.

Dedita intelligitur ualde data. Fe.

Deductum dicitur molle & ſuaue. Virgilius ſ buc. Paſcere oportet oues: deductum dicere carmen. No.

Deductum delectatione ductum. Virgilius in buccolicis. Carmina uel cælo poſſunt deducere lunam. Luciliꝰ libro. xxvi . Illuc oculi deducũt ipſi atque animum ſpes illuc rapit. Nonius.

Deductum dimminutum ſuppreſſum. Lucil. lib. xxx. Deducat hunc uoce curſu ipſa ueni re non uis hunc. No.

Deducere eſt e domo in forum comitari. Reducere e foro domum.

Deductum carmen. Virgilius in buc. Paſcere oportet oues: deductum dicere carmen. deductum pro tenui & ſubtili: eleganter poſitum eſt. Sic autẽ & Afranius in uirgine. Ver-

bis pauculis ꝛespondit tristis uoce deducta malle se nō quiesse dixit apud Cornificium deducta mihi uoce garrienti: sed hæc ab illo fluxerunt: quæ Pomponius in athelana: quæ Kalendæ martiæ iscribitur ait uocem deducens oportet ut mulieris uideatur uerba: iube modo asseratur unus. Ego uocé reddam tenuem & tinnulam, & infra: & núc iam uocem deducam.

Deducere uocare. M. T. de rep. li. primo. Quare si placet deducere orationem tuam de cælo ad hæc exteriora. No.

Deducere trahere mouere. Sisen. histo. lib. iiii. Ab armis te recedere præsidia de locis deducere. Nonius.

Deducere deprauare transuertere a recto. Marcus Tullius in hortensio. Habet enim ipsa in certa ac definitam uitam: & ex eo multis uitiis & erroribus deprauata deducitur. Virgilius georg. libro primo. Riuos deducere nulla religio uetuit. Nonius.

Deductio nequa deductio fieret modo in hac oratione Tullii dispendium significat: alias deductio est etiam iusta. Asco. ped.

Deduco ficco. Vir. Riuos deducere nulla religio uetuit. Ser.

Dediticius qui ex numero eorum est: qui se in alterius imperium dediderunt. Lau.

Deduco quære in uerbo assedari.

Dedoceo quære in disco. Lau.

Dedisse intelligendum est etiam is qui permutauit: uel compensauit. Pau. de uer. sig.

Deferre abdicere. Virgilius in sexto. Defer in Italiam. No.

Deferre est afferre. Vir. æne. li. iiii. Celeris manda per auras deuulit. No.

Defruti duo genera erant uini cocti: quoniam mustum coquebatur ad tertiam partem dicebatur epsema a latinis sapa: alio uerbo syrum quando excoquebatur ad dimidiá partem dicebatur defrutum. Martialis utriusq; fecit mentionem: cum ait lagena syrú & syrei & defruti.

Defendimus soles arcemus solares æstus: nam defendo amicum: cum tueor eú defendo ad uerbum cum propulso.

Deiugare in uerbo deintegrare.

Deiungere ibidem.

Defrutum si ex duabus partibus ad tertiá redegerant a deferuefaciendo passum nominabant: si in uidemia uua diutius coctam legerent: eamq; passi essent in sole aduri liquorē qui ex ea exprimebaf sapa: quod postea mel latum dictum est mustum: cum mustum ad mediam partem decoxerant: passum murinam Plaurus appellat: quidam muriatam: alii muriolam: græci nectar nominarunt.

Deferre celatum prodere. Liuii. li. xxvi. ꝗpropter certum est facere contra hæc. perfequi: & nomen deferre hominis. No.

Defecta omnia pura & inturbata, & sine fordibus possumus dicere: & uinum sine fæcibus Plau. in aul. Nunc defæcato demum animo egredior domo. No.

Defendo quod ait Quin. Cla. Quadrigarius a pœnis hostibus defendebant: facillime animaduertendum est usum esse eum uerbo defendebant: non ex uulgari consuetudine: sed admodum proprie & latine. nam defendere & offendere inter sese aduersa sunt: quorum alterum significat ἐιμπροσωπεῖν: id est: in currere in aliquid: alterum ἐκτοσθ ωοιεῖν. i. auertere depellere: quod in hoc loco Quin. Clau. dicit. A. G.

Defendere uindicare depellere. Vir. in buc. Solsticium pecori defendite. No.

Defendere tueri depellere. En. in achil. Seruaciues defende hostes cum poteris defendere Nonius.

Deficit deserit: unde & qui desertor exercitum ad hostes transeuntes defectores uocantur. Virgilius in geor. Noctis lentus non deficit humor. Ser.

Defessum quære in uerbo lassum. Lau.

Defatigatus quære in uerbo lassum. Lau.

Defectus non participium: sed actiuam habet significationem. est enim qui deficit: ut Martialis. Dulcia defecta modulatur carmina lingua: Cantator cygnus funeris ipse sui.

Defende me domine. tace imperite: per nominatiuum non recte dicetur. Item tace tu homo imperitus: nunc recte loquimur: subintelligitur enim ens. Idem fit i nominibus. propriis addito pronomine tu in uocatiuis casibus: ut aue Cæsar summus imperator. Etiá per indicatiuum: ut quo tendis ænea extremus troianorum? quid facis tu seruit? non recte dicit: neq; quid facis dominus meus nisi dixeris quid sedes dominus inter seruos: subintelligitur enim ens. Lau.

Defensorius accusatorius: petitorius: fideiussorius: institutorius: exercitorius: tributorius: actionem hæc significant.

Defendere est id facere quod dominus in lite faceret: & cauere idoneæ. Vl. de procu.

Defendere est eandem uicem quá reus subire. Vlp. eo. ti.

Deficere dicuntur qui ab his quorum sub imperio sunt desistunt: & i hostium numerú se conferunt: sed & hi quos senatus hostes iudicauit: uel relegati usqueadeo ut ciuitatem amittant. Pau. de capi. di.

Deficio quando pro relinquo accipitur habet passiuum pro deficisor: neutrum est enim

Iuuenalis:ſic matho deficit.Prſ.

Deficio autem loco paſſiui deficio facit:nihil ominus eſt nihil defit: cum paſſiuâ uim habeat defio factâ.Pri.

Defio.Vir.in buc.Lac mihi non æſtate nouũ: nec frigore defit.Prſ.

Deformicatũ a formicis ſucciſum:quibus cõfoueri erat ſolitum.Fe.

Defũctũ dicimus cõſuetudine mortuũ. Vir.li. vi.Defũctaq; corpora uita.No.Mar.

Defunctũ finitũ. Ter.ĩ adel. Si modo defũctũ ideſt finitũ:ne peiora cõmittat.Do.

Defunctus iam fum:ideſt omni labore liberatus fum:auctoritate iam confirmata & ſuio labili.Donatus.

Defungi definere.Te.ĩ phor.Quod ego æquo animo miſera in hac re iam defungier.Do.

Defungor liberor & cõpellor. Vir.lib.vi.O tã dem magnus pelagi defuncte periclis:& functos officia dicimus:quia officia debita compleuerunt.Ser.

Defloccare ẽ atterere tractum a ueſtibus ſine flocco.Plau.in caſſina. Periit flocco habebit iam illic lumbos meos.No.

Defraudare ſignificat fructum diminuere:uel per fraudem aliquid exquirere.Terẽ.ĩ phor. Suum defraudans genium comparſit miſer.Plau.ĩ aſi. Ten ego defraudem cui ipſi ni hil eſt in manu niſi quod tu porro uxoré de fraudaueris.No.

Deferratio genus ſacrificii inter uirum & uxorem diſſolutio dicta deferratio:qa fiebat far æo libo adhibito.Fe.

Defrutum ſi ex duabus partibus ad tertiã redigitur:a deferuefaciendo dictum.

Defenſam detritam atq; detenſam.Fe.

Defluxit ad terram deſcẽdit. Furius in primo Ille grauí ſubito deuinctus uulnere habenas Miſit equi lapſuſq; humum defluxit:imitatus Vir.dixit. Quam tota cohors imitata re lictis ad terram fluxit equis.

Defrut dicebãt antiq;ut deamare deperire ſignificãtes oẽm fructũ pcipere. Feſtus Pom.

Degere antiqui poſuerũt pro expectare.F.

Degere eſt agere. Lucil.li.ii.Degimus hoc æui quodcũq; eſt.Fe.

Degere eſt minuere. Plau.ĩ aul. Nunc ego iſtũ ſoror laboré degã & diminuã tibi.No.

Degere eſt detrahere.Plau.in epi. Degitur corium de tergo meo.No.

Degener qui ſuoꝝ maioꝝ moribus nõ reſpõdet. Vir.Pomaq; degenerãt ſuccos oblita priores. Et degeneremq; neoptolomũ narrare memẽto.Ser.

Degulaſſe eſt gulæ dediſſe. Afra. ĩ bruto. Imo ĩaudũ occubuiſſe degulaſſe oportuit.

Deginere degustare.Fe.

Deiicere eludere.M.T.ad iuniorem Cæſarem li.ii. Adeſt alba neſcio quam cũ reſtitui iuſſiſſet anthone cum hero delectatam eſſe ex ſcripto.No.

Deiicere dicitur mittere.Virgilius libro octauo.Toto genitos quæ plurima cælo deiicit in terras.Lucilius libr.xxvii. has & feneſtras in caput deiiciunt:q ppe ad hoſtiũ aſpiraue rant.No.

Deiicere præcipitare.M.T.in uer.acti.ſecũda. Si me ædilitate deieciſſet.Lucili.li.xxix. Detruſus tota in deiecta Italia.N.

Deiphobus ita & græce Δηιφοβος: Priami filius ex Hecuba qui poſt mortẽ paridis Helenam duxit.Tor.

Deiphobe nympha filia Glauci: & eadem Sibylla.Virgi.

Deiphyle Adraſti filia;Tydei uxor: Diomedis mater.

Deiphylus Stheneli filii Capanei filius.

Deipyrus unus e pricipibus iuuẽrutis græciæ

Depites troianus quem Vlyſſes interemit.

Deiopeia græce Δηιοπεἰα penultia diphthõgus:quã aliq̃do nos diuidimus nympha.

Deioce Phraorce filius Medoꝝ rex.

Deiicere auertere.M.T.ĩ phil.nec uero uſq; a repub.deiiciebam oculos.N.

Deinceps quod deinde cœpit:ut princeps qui primum cœpit.F.

Deincipé antiq dicebãt proxime quẽq; captũ ut principé primũque captum.Fe.

Deinde compoſitũ eſt ex præpoſitione & loci ſignificatione:ut exinde;pinde:ſubíde: quæ ité tépus ſignificant.Fe.

Deinſup.Salu.primo hiſt.Sertorius fortis turba morantibus: & nullo ut in terrore ſolet generis aut imperii diſcrimine per calonum ad corpora ad mediũ quaſi deinſup aſtãtiũ manibus in murum attollitur. No.

Deintegrare diminuere deiugare defungere ſeparare diſſonare denaſci decreſcere.Ceci.No men uirginis nihil miꝝ deintegrauit.Pacu.ĩ chryſe. Pergꝝ noſtrã ægregiã uanitatẽ q̃ memoria deiugat.Caſſius Emina.li.anna.ii.per quæ nata ſunt:ea oſa denaſci aiunt.No.

Delanicare eſt diſcindere & quaſi lanã trahere. Vnde lanocinia:& lanius dicit quí pecus diſcindit.Fe.

Delapidata lapide ſtrata. Fe.

Delectare illicere attrahere.Enn.in thyeſte:& me Apollo ipſe delectat delphicus.Quadrigarius annali.libr.iii, Fabius de nocte cœpit hoſtibus caſtrum ſimulare oppugnare eum hoſtẽ delectare: dũ collega id caperet quod captabat.No.

Delectio Lucil.libr.xxix.Delectione noſtri ad unum exercitus.No.

Delegata dicebant diis cõsecrata: qui nunc de dicata:unde adhuc manet delicatus quasi lu xui dicatus. Festus.

Delegare ueteres discedere posuerunt: uel dispartire. Plau. in amphi. Cui fautores delegatos uiderint. No.

Deleuit delegauit. Titin. in prælio; uerũ enim dotibus deleuit ultro etiam uxoribus ancillantur. No.

Deletile non quod deleatur: sed quod deleat. Varro in modio. Si displicebit tibi tam latũ mare partis quãcunque spongiam deletilem Nonius.

Delibare aquam sulco deriuare. Fe.

Delibutus unctus dicitur. Teren. in phor. Si te delibutum gaudio reddo. Do.

Deliberare a libella qua quod perpenditur dictum. Fe.

Deliberare est dubitare. Ter. in phor. Ego amplius deliberandum censeo. No.

Deliberare uide supra in cogitare. No.

Deliberare expletum uel definitum, Turpi. in philopatro. Certum ac deliberatũ est me illi obsequi. No.

Deliberatum decorticatum uel deartuatum p artus discissum. Vir. geor. li. ii. Vdoq; docent inolescere libro. No.

Deliqua explana indica. Actius i achille. Quare alia ex crimine inimicorum effugere possis deliqua. Cecil. in plodio. Ita me imo uero hoc ante solitus sum res deliquat. Titin. lib. v. Quid istac est aut istic uult sermo mater deliqua. No.

Deliquare ponebant pro deducere. Fe.

Delicia. Plau. linguæ latinæ de us delicia dixit pro delitiis. Mea iquit uoluptas: mea delicia. Aulus. G.

Deliciam numero singulari: quod aut rarũ est aut singulare. Plaut. Mea uoluptas mea delicia. Item i bacchidibus. Meus iustus est mea delicia. No.

Delicia est genus tigni: quod a culmine ad tegulas angulares infirmas uersus fastigiatum collocatur: unde tectum deliciatum: & tegulæ deliciares. Fe.

Delicere est illicere. Titin. lib. v. q. ea parasitus habeat qui illum sciat delicere & noctem facere possit de die. No.

Delinitus delectatus. M. T. ad Cass. li. i. Iã biennium est cũ uirtute nunciũ remisisti delinitus illecebris uoluptatis. Lucil. lib. xxx. præferuit labra: delicit delinit amore. No.

Delinitus ad nostram consuetudinẽ placatus. Turpil. in demetrio. Vide mirum ingenium ac delinificam mulierem commemorat hominem lachrymis. No.

Delinitus est mente alienatus. Plau. in amphi. Delinitus sum profecto: ita ut me q sim nesciam. Lucil. libro. xxxv. Concedit homini id quod uult deliniat corrũpat prorsus ac neruos omnes. No.

Deliquium solis a delinquendo dictum q. delinquat in cursu suo. Festus.

Deliquium apud Plau. significat minus.

Delirare est de recto decedere. Lira autẽ è fossa recta: quæ contra agros tuendos ducitur: & in qua ligo terræ decurrat. Pompo. i pro stibulo. Iam ne abierunt: iam ne tunduntur: iam ne ego sum in tuto satis? nũ quis hic restitit? qui nondum labores litarit mihi. i. cõfoderit. Lucil. libro. xxvi. Quapropter deliro & cupidi officium fungor liberum. Plau. in amphi. Delirat uxor. No.

Delirare timere: deliratio senectuti conuenit. Timor conscientiæ. Dona.

Deliritas pro deliratione. Laberius. Quæ nam mens. quæ deliritas uos suppolictoris facit: dum cano eugio uelitari. No.

Delos insula: require in Apollo phythius. Macro. de sa.

Delubrum dicebant fustem delibratum: hoc est decorticatum: quem uenerabantur pro deo. Festus.

Delubrũ dicitur quod uno simulacro ligneo delibrato: idest purgato cortice nunc aliquod nobis refert. Ser.

Delubrũ dicitur quod uno tecto plurima cõplectitur numina: quia uno tecto diuiuntur ut est Capitolium in quo est Minerua: Iuppiter: Iuno. Alii dicunt delubrum esse locũ ante templum: ubi aqua currit: a diluendo. Seruius.

Delubrum quod pontifices proprie: & qualiter hoc nomine Virgil. usus sit requiramus. Varro li. viii. rerum diuinarum: delubrũ ait alios existimare: i quo præter ædẽ sit ara assumpta deũ causa: ut est i circo flamineo Iouis statoris. Alios in quo loco dei simulacrũ dedicatũ sit & adiecit: sicut locũ in quo figerent cádelam candelabrũ appellat: ita i quo deũ ponerẽt appellatũ delubrũ. His a Varrone præscriptis intelligere possumus id potissimum ab eo probatum q. ex sua consuetudine in ultimo posuit: ut a dei dedicato simulacro delubrum ceperit nuncupari. Virtamen utranque rationem executus est: ut enim postrema incipiamus: obseruauit delubrum nomiaturus: aut propria deorum nomina: aut ea quæ diis accõmodarentur inferre. At gemini lapsu delubra ad summa dracones effugiunti: & ut mox simulacrum nominaret subtexuit. Sæue quæ petũt tritonidis arcẽ: Sub pedibusq; deæ clypeiq; sub orbe teguntur. Item nos delubra deum miseri

quibus ultimus esset. Ille deus. Illam uero opinionem quam Varro prædixerat non amisit principio delubra adeunt pacemq; per aras exquirunt. Et mox. aut ante ora deū pingues spaciatur ad aras. Quid enim est spacia tur q̄ spacio lati itineris obabulat; quod ade undo ante ora ostendit arcam assumpta deo rum causa ita suo more: uelut aliud agendo implet arcana. Ma. de fa.

Delectani pro delectatus sum. Plautus in trinum. Cum hisce æruinis delectauit. Teren. i ecyra. Dicit; ille annulum dum luctat detra xisse. No.

Diluit soluit a græco Διαλυειν. Fe.

Delphicus mons intra istriam & mentoriam esse fertur: cuius in culmine existentes aiunt ex longinquo nauigia uenientia cernere.

Deligere est quod magis idoneum ad rem agē dam ē cernere: ut populus deligit Imperatorem ad bella: & imperator milites ad armaide electus eius: qui rei sit maxime cōmodus ut Cicero deligere oporter quā uelis diligere. Loquitur enim de ipsa uxore. Eligere uero uel ad nostrum emolumētū: uel ad illius qui eligitur dignitatē: ut si detur optio qué sibi uellet eligeret non deligeret. Ideo fere dicitur in eodē sensu datur uel offertur optio: sed non electio: & postulat duplicem accusatiuum: ut populus eligit sibi principē Octauium: & sacerdotes eligunt sibi pontificem. Cooptare uero dicitur inter collegas: aut fere pares: ut Cicero in bruto. A quo in collegium augurum fueram cooptatus: dicimus præterea: ago uel habeo delectum: & tūc ad multa refertur. Deligimus uero aliquādo ad unum tantum. Lauren.

Delitesco quære in uerbo inchoatiua. L.

Delegare est uice sua aliū reum dare creditori uel cui iusserit. Fit autē delegatio per stipulationem: uel per litis contestationem.

Delicta fiunt: aut proposito: aut ipetu: aut casu propósito delinquūt latrones: qui factiones habent. Impetu autem cum per ebrietatem ad manus uel ad ferrum uenit. Casum autem cum in uenando telum in feram immissum hominē interficit. Ma. de pe.

Delenificus dicitur blandiloquus. Vnde & Lucretius Comicus in nūmularia ait. Nescio quorsum mihi ueniant tua uerba tam delenifica. Fulgent.

Deleras alera aratri dicitur deuians. Ser.

Delitus a deleo: cuius simplex est leo i usu nō est: deleui deletum: a delino delitum nascit: quod probus & Caper comprobat usus quo que. Vir. in. iiii. georg. Et paribus lira cornua guttis. Ci. in. p. epis. ad Caluum, Tuli molestę quod litteræ delitæ mihi a te redditæ sunt. Idem in. iiii. uerrinas. Tabulæ sunt i medio quæ se corruptas atq; interlitas esse clamāt. Actius in atreo epulatum fictor scelerū fratris. delitor. Pri. fei.

Deliberata morte: ut pro adhuc in cogitatiōe tractata & habita: ut pro iam statuta morte & decreta: aut deceuitq; mori. Hor. li. car. De liberata morte ferocior. Acron.

Delargior tam actiua q̄ passiua significatione antiqui protulisse inueniunt: gracchus: ærarium delargitum Romano populo: delargitum passiue dixit. Pri.

Delphi & mons Parnasus in phocide & apollinis fanum atq; oraculum. Pom.

Delphis erat antrum unde spiritus emittebat quo sacerdotes furentes reddebantur & prædicebant futura. Plinius alibi: fatidici specus quoq; exhalatione temulenti futura præcinuit: ut delphis nobilissimo oraculo cui ius uenerabile primi thyrsi idē: cui bacchus tribuit ius & principatum suoq; sacerdotum.

Delúbe idē delúbatū: nihilq; solidi habés: uel fracti uel enerui: q̄ i lúbis & renibus uirtus ē.

Delphica oracula siluerūt: ut Luca. Siluit post q̄ reges timuere futura: & super os uetuere loqui extat Plut. libellus i quo disputat quare siluerint oracula ámonis: oraculum istituit puella a phœnicibus diuēdita & ægypti tradūt Pausanias ámonem pastorem autorem fuisse Diodorus Amoné regem. Herodotus amum signa ægyptia louem significari scribit: unde Iuppiter ámon.

Delphin delphinis delphinus delphini. Iuuen. i. iiii. Quáto delphinis balæna británica maior. Pri.

Delphinus piscis. Pli. & delphin delphinis dicitur: ut titan nis uel titanos: titánus titani: & elephas & elephantus: arabs & arabus.

Delphi oppidū & populus tam græce q̄ latine ut leontini etiam pro utroq;.

Delos insula in ege: o: ubi natus Apollo & diana: quia repente apparuit: a Δηλος græ. uel quia ortus & quasi partus luminum omnia facit Δηλει. i. aperta prius cynthia dicta: ide ortygia. Pli.

Delius fons dianæ sacer est: & ab eo ipsa delia nominata est.

Demagis pro nimis antiqui dicebant. F.

Demagis ualde magis. Luci. li. xvi. Rex chorus illa duos uētos: austrū atq; aquilonē nouisse aiebat se solos: demagis istos ex nibo austelos: nec nosse necesse putare. No.

Demereor est de te bene mereor: ut Oui. Crimine te potui demeruisse meo. & Quin. Vt pleniori obsequo demererer amātissimos mei

Denticula nomē uiri: ut Marcus higinnius.

Denarchus: idest tribunus.

Demilus ex caryſto æuboie cũ filiũ glaucũ arã
tem uno pugni ictu uomeré ididiſſet aratro
conſpexiſſet admiratus illius robur eũ, pdu-
xit in olympiam:ubi a marte aduerſarii elu-
deretur pater ſpectans clamauit fligearatro:
ideſt impinge uulnus aratro monẽs filiũ: ut
tam fortiter pcuteret aduerſarium pugno q̃
olim indiderat uomerẽ aratro: quod ille au-
diens tãto furrexit robore ut & tunc uice-
rit:& poſtea ſæpe.

Demẽſum.Ter.i phor.quaſi diminutũ poſuit
q; ille unciatim uix demẽſo ſuo: ſuũ defrau-
dans genitũ cõparſit miſer.Ci.de ora. Exiſti-
matur uel æquatum dicit quæ nõ ex ſiditis:
ſed aptæ palam elaboratur uerba uerbis q̃ſi
demenſa & paria reſpondeant.No.

Demerebat Thais corinthia ob elegãtiã: uenu
ſtatẽq; grandẽ pecuniã demerebat.A.G.

De me aut de illo diſcere magis dicebãt uete-
res:q & nos dicimus a me aut ab illo.Ter.in
eunu.ut ſibi liceret id de me diſcere.Do.

Demiror ualde miror.Teré.i ecy.ſed demiror
q̃d ſit ꝗbrẽ tantopere hoc oẽs nos cælare
uolueris . Eſt & antiqua locutio illã ré celo
te.Demiror etiã pro neſcio: nã admirationẽ
ignorãtia facit.Idẽ in phor.Quid mihi dicẽt
& quã cauſam reperient demiror. Do.

Demittere ſupermittere.Vir.æne.li.ii.Demiſ-
ſum lapſi per funẽ.Salu.hiſto.lib.iii.Cũ ma-
chinis ſtrepitu demiſſum victoriæ ſimula-
crum coronã capiti ſponebãt. Var.in melea
gro.Cum etiam Thais Meandri tunicam de
miſſam habebat ad talos.No.

Demoe apud ãtiquos fuit:ut apud nos pagi.F.

Demoliri diruere.Salu.hiſto. li.iiii.pluteos re-
ſcindit ac munitiones demolitur loco ſum-
mo potitur.No.

Dæmonẽ nomẽ deos:q cũ appellatione cõiun
git Homerus.aut diſ ſunt dæmones.i.ſciẽtes uẽ
tura:aut Poſſidonius ſcribit i libris q̃bus ti-
tulus eſt Τῶν Ἀστιχ.ον: quia extra ſubſtan-
tiã paratq; diuiſa q̃litate illius eſt.Ma.

Demũ quod ſignificat poſt: apud Liuium de-
mus legit. Alii demũ p dũtaxat poſuerũt.F.

Demum eſt aduerbium tarditatis. Ter.i adel.
Ego nouus maritus ãno demum quinto &
ſexageſimo fiam.Do.

Demum ad poſtremũ:hoc eſt nouiſſime.Vir.
in.vi.Sic demum lucos ſtygios: & regna iuia
uiuis Aſpicies.Ser.

Demereri eſt de aliquo bene mereri.Exigit ac
cuſatiuum.Quintili. Simul ut pleniore ob-
ſequio demereret amantiſſimos mei.

Dempſere a græco magis ſignificatione & ori
ginem trahit.Ho.in odyſſea.
Var.in miniſteriis.Sed tibi fortaſſe alius mo
lit & dempſit.No.

Demonſtrationem inter & conditionem hoc
intereſt:q; demonſtratio plærũq; facta rem
oſtendit.Conditio futuram.Flore.de condi.
& demon.

Demortuus qui magiſtratu moritur.

Demo dempſi ſed cõpoſitũ adimo ademi. In
certa autẽ eſt ratio dẽptæ uel appoſitæ præ-
poſitionis:ait cũ ſit adimo ademi.Demo de-
mi nõ faciat:ſed dempſit.Diomedes.

Demitte eſt deorſum mitte. Dimitte definire
non diſinire.Caper.

Demens inconſulta improuida: ſicut ebrii ſo-
lent.Hora.lib.car . Regina dementes ruinas
fumos & imperio parabat pro ipſa demens.
hyppallage eſt.Acron.

Demiſſum ad inferiora de ſuperioribus dicit
Hora.li.car.Habuitq; tartara panthoidẽ ite
rum horcho demiſſum,Acron.

Dæmones deos:quos nec cælo dignos aſcribe
rent ob numinis pauptatẽ:ſicut Priapus.Pã,
Vertũnus nec terrænos eos deputare uellẽt
pro gratiæ uenerationes:ſicut Varro in mi-
ſtagorgonũm lib.ait.Dæmoneq; inſerius de
reliſto deum de primato orationis attollã al
loquio.Ful.

Demetrius Sileuci filius alius phalereus q de
cem ãnis Athenis præfuit.cccl.x æris ſtatuis
plurib⁹ equeſtribus honoratus. deinde ab-
ſens dãnatus:& ſtatuæ dirutæ & uenditæ in
ter.cccc.dies:una in arce ſeruata:in cuius ac
cuſatione pene etiam. Menãder comicus dã
natus ẽ:quia ei amicus erat:ſed a Theleſpho
ro genere purgatus dixit:athenas ſtatuas nõ
uirtutẽ euertiſſe eius tempore ictas ad imi-
tationem materiæ inuentæ: de aliis uide La
ertium.

Demaratus corinthius negociator:pater tar-
quinii priſci:ob ſeditionẽ profugit habuit fi
lios.Lucumonẽ qui & Tarquinius priſcus di
ctus ex aruncа eſt: alter Rex ſpartanus q ad
Perſas cõfugit:de quo luſtinus & Hero.

Democedes crotoniata medicus illuſtris:q da
rium pedis dolore inſonnem liberauit dies
vii.Hero.iiii.

Democritus abderites.Laer.qui ſe cæcauit ſe-
cundum Cice.quinto tuſ.qui ſecundũ Aul.
Gel.mortuus.c.ix.annorum fuerunt ali.La
ertius.

Denarius primum placuit p decem libris æ-
ris.Plinius libro.xxxiii.Quinarius pro quin
que. Seſtertium pro dipondio: ac ſemiſſe li-
bræ autem pondus æris imminutum bello
punico primo cum impenſis.r.p.non ſuffice
ret conſtitutum:ut aſſes ſex tanto pondere
ferãtur ita quinta parte facta lucri diſſolutũ
æs alienum. Pli.xxxiii.

Denaſci in uerbo de fungo.

Denodare inter belgas oppidū Metēsis ciuita
tis quo ex colonia urbe rhenū attingēte ad
eā ciuitatē interest non memorat Cæsar: sed
Tacitus forte theonis uilla nunc dicta.
Denarius quære in dictione nūnus.
Dentifricium dicebatur quicquid medicamnis adhibebatur fricandis & terendis dentibus: in quo genere arabius lapis esse dicitur.
Denariæ cærimoniæ dicebātur & tricenariæ: quibus sacra adituris decē continuis diebus uel triginta certis quibusdam rebus cærēdi erat feriis. Fe.
Denarii quod denos æris ualebant. V.
Denicales feriæ colebantur cū hominis mortui causa familia purgabaf. Græci enim τὸ νεκρον ἡ νεκὰν mortuum dicunt. Fe.
Deniq; ad summam properat: & ad finē dicto rum: & est aduerbium ordinis: & in fine sensus a Ter. ponitur in phor. quid fiet deniq; & in heau: on. Fodere aut arare: aut aliquid facere denique ut sit denique: uel deide: uel ad postremum. Et in andria. Deniq; ita tum discedo. Do.
Dentes nō solum quibus atteritur: sed omne quo aliquid exercari uel teneri potest Virg. dici uoluit in. ii. geor. de falce & curuo sarculi dente relictam. Persequitur uitem attondens fingitq; putādo. & in. vi. Tum dente tenaci anchora fundabat naues. No.
Dentale lignum est quo uomer inducitur. S.
Dētapargas uocāt græci ἀπὸ τοῦ ἀρπάσειν uolunt appellari. Varro in quinquatriis. hic bipennifem forcipem dentapargæ. No.
Dens i aratro quod eo moderetur terra. Var.
Deo & non dea legendum apud Virgil. deuenere. Nam male enunciando corrumpimus dignitatem: ut quidam legūt: discedo ac ducente deo flammam inter hostes expedior: cum Maro doctissime dixit. Ducēte deo: nō dea. Nam & apud Caluum atherianum affirmatur legendum pollentemq; deum Venerem non deam. Signum eius etiam est cypri Venerem ipsam barbatam corpore: sed ueste muliebri cū sceptro & statura uir. & putant eandem marem & fœminam esse. Aristophanes eam aphroditon appellat. Lemni us sic etiam ait. Venerem igitur almum adorans: siue fœmia: siue mas est: ita uti alma no dicula est. Philocrus quoque in atride eandem affirmans esse Lunam: & ei sacrificium facere uiros cum ueste muliebri: Mulieres cum uirili quod eadem & mas existimat & fœmina. Ma. de sa.
Dena ut dixisse uideat qui testamēto Titio & Seio iusserit nullam hæc uerba ambiguitatē recipiunt. Iulianus de lega.
Deorata perorata. Festus.
Deos ppetuos uocamus diuos ex hominibus factos quasi qui diem obierunt: unde diuos deos etiam Imperatores. cæterum uero & attentius contra sentiunt dicentes diuos perpetuos: deos autem qui propter sui confectionem timentur. Nam Δεος metus latine Virg. in. xii. Diua deam fluminibus stagnisq; sonoris. S.
Depeculatus a pecude dictus. qui enim populum effraudat peculatus pœna tenetur. Fe.
Depellere a lacte mouere. Virgilius. Quo fæpe solemus pastores uolum teneros depellere fœtus. Ser.
Deperire significat ualde perire. Fe.
Depexum dictum est laceratum. Terentius i heau. Ego ne si uiuo adeo exornatum dabo adeo depexum: ut dū uiuat meminerit semper mei. No.
Depilati dictum rarefacti. Lucilius libro uige simo nono. Nato quid actū est depilati omnes sumus. No.
Depeculassere ac deargentassere ac decalática re eburno speculo depeculassere. No.
Depolitum perfectum: quia omnes perfectiones antiqui politiones appellabant. Fe.
Depontani senes appellabantur q sexagenarii de ponte deiiciebantur. Fe.
Deponere est ponere. Vir. in buc. De grege nō ausim quicq deponere tecū. M. T. Existimaui honestissimas molestias posse deponi: nisi me ad philosophiam rettulissem. No.
Deponere est cōmēdare. Acti. in erigona. Hospitē depositā interimes. Afranius in epistō. amare habere puer; depositū foris. M. T. de offi. lib. tertio. Ergo & promissa nōnunquā non facienda neq; semper deposita reddenda. Nonius. Mar.
Deponere est alienare. Plau. in aulu. Vt me deponat uino eam affectat uiam. No.
Deponere é desperare: unde & depositi desperati dicunt. Lucil. li. iii. Symmachus præterea iam tū depositus bubulcus exhalans animam pulmonibus æger agebat. Vir. li. xii. Ille ut depositi proferret fata parētis. Actius i tereo. Terens indomito more atq; aso barbarico consuexit i eam: amore uecors & flameos depositus facinus depositū ex dementia configit. Idem in alphestæa. Et si est in malis depositus animus meus quæ scribit exinde audiet. M. T. in uer. actione pria. Itaque mihi uideor iudices magnam & maxie ægram & prope depositam. r. p. partem fusce pisse. Cecil. inobo. Ista a te depositus modo sum anima uita sepultus sum. No.
Depono in sponsione colloco sequestro. Vir. in buc. Ego hanc uitulā ne forte recuses De pono. Ser.

Depopulatus est. M. Antonius q gratia coctæ consulis & Cethegi factione in senatu cura tionem infinitam pactus est totius oræ ma ritimæ & Siciliam & prouincias omnes depo pulatus est. Asco.

Depositus desperatus. Virg. xii. Ille ut depositi proferret fata parentis. & Sene. in tragœdiis, Ite ferte depositis opem. nã consuetudo erat ut desperati ante ianuas collocaret: uel ut ex tremum spiritũ redderent terræ: uel ut possent a tráleuibus forte curari: qui aliquãdo simili morbo laborauerunt. Ser.

Depuere cedere. Luci. Palmisq; misellã depuit me. i. uerberauit me: quod ipsum ex græco ẽ πατέω. Fe.

Depubem porcum lactentem: qui prohibitus sit pubes fieri. Festus.

Depudicauit pro struprauit. Liberi. in mimis prælicenter finxit. A. g.

Deplorabúdus pro deplorãs. Plau. in aulu. homo ad prætoré uenit deplorabúdus. N.

Deprecor recuso refuto. Vir. xii. merui nec de precor inquit. Ser.

Deprecor quasi detestor uel execror. uel depel lor: uel abhominor. Catul. Lesbia me dispiz nisi amat quo signo: quas in totidem deprecor illam. Ennius ego cum meæ uitæ parcã lætham deprecor. A. G.

Deprecor amolior depello propulso. M. T. de r. p. li. vi. Non modo inuidia pari nõ erãt: sed etiam damni iuidiam gracchi charitas depre cabantur. En. eripite o cui nũc ærúnam a libertate para quibus seruitutem meam miseram deprecor. N.

Deprænsus uel nauticũ est cũ répestate oc cupantur. Virgil. geor. li. iiii. Deprænsis olim statio tutissima nautis. Ser.

Deprælia est genus militaris afadueríssiis ca stigatione maior: ignominia minor. F.

Derepente. Turpil. in bætonibus. Eũ derepẽte uxoré audio ducere. En. in phœnice. Ibi tũ derepẽte ex alto in altũ despexit mare. Afra. in incẽdio. Non usquequaq; idoneũ uenias locũ ubi derepente cum uelis facias lutum. Ennius in hectoris lustis. Euehant caligo ab orta est omnẽ prospectum abstulit derepen te cõtulit sese in pedes. Var. in Sexqui ulysse. In tespia dum oro derepente.

Derepente munimentum exiliit contẽdit oculos derepẽte abiit cælo. Actius in astianacte. Hic per matutinum lumẽ tardo properante gradu derepẽte aspicio in nemore pauidũ & properanté egredi. Neuius in marco. Scalpis dentes derepente in cœna si peccaueris. Ter. in ecyra. Ita corripuit de repẽte tacitus se ad filiam. No.

Derepẽte una pars orationis: ut defessus sum deambulãdo. Aduerbiis enim præpositionẽ separatim non addimus. Si enim separaueris nõ est latinũ derepẽte. Te. i ecy. Ita corripuit derepẽte tacitus sese ad filiam. Dona.

Dercyllus unus ex præfectis Pyrrhi: inde dercyllidas. Te.

Dersæi populi græcorũ in littoribus thraciæ. Herodotus.

Derufiei aratores persici: itẽ & germani & páthialei. Hero. primo.

Derogaf legi aut abrogaf, derogatur legi cum pars detrahitf. abrogaf legi cum prorsus tollitur. Mode. de uer. sig.

Deris Δε ι ς græci appellant pelles nauticas: quas nos uocamus segestria. Fe.

Derogare est, pprie cũ quid ex lege ueteri quo minus fiat sanctiat lege noua. F.

Derogaf legi cum pars detrahitur. i. factũ esse quod ex ea lex sanctiat: cui legi abrogatũ uel derogatum sit. Ser.

Desidere des idẽ se ẽ here: ae desidia marcescere. Sueto. li. i. uastãte regiones ꝑias mitrida te ne desidere in discrimíe uidereť socios. Dysuria est impedímẽtum urinæ.

Desyderare & cõsyderare a syderibus dici certum est. F.

Desyderef equi boniq; consulant si in nostro sermone natiua. Roma in oris elegantia desyderetur. Macro. de sa.

Desideref. i, deficiat neq; ad pfectionẽ cœtus desideret inuitãtos adhuc cõgressum cõiunctumq; censeo. Macro. de sa.

Desideratur: adeo autem Vir. declinationibus græcis delectaf: ut Mnestea dixerit ꝑ Mnesteum: sicut alibi neq; fratri Mnestio: & pro orpheo dicere maluerit quæ orphi græca declinatio: ut Orphi calliopea lino formosus Apollo uidimus o ciues Diomedem. & talia nominum accusatiuus græcus est in en desinens. Nam siquis puta latine dixisse diomeden sanitas metri desiderabif. i. deficiet. Mase. sa.

Designare est rem nouam facere in utrãq; partem & bonam & malam: ide designatores dicti qui ludis funebribus præsunt. Credo ob eam causam ꝙ in ipsis ludis multa fiant nouã & spectanda simul ut turba retineat quæ fuerit in spectaculis. Ter. in adel. modo quid designauit: puto ego designationem contrachionem: aut conductionem populi i se ocu los & ora conuertit: & spectaculo est uulgo praue itaq; & recte facta apud ueteres designata dicebantur. Dona.

Designare cũ nota & ignominia aliquid facere. Tere. i adel. Illa quæ ante facta sunt omitto modo quod designauit. N. mar.

Designare desinere. Fe.

Desinendam qui penitus atque alte uisum ac
summam legis inspexerat: non ad augendā:
sed ad desinendam seditionem legem esse di
cebat. A.G.

Desideratiua quæ falso dicūtur actum corpo
ris significant: non affectum mentis: ut uiso
uado ad uidendum. Cicero ad Actium. Cu
pio equidem & iam pridem cupio alexādriā
reliquamque ægyptum uisere. i. ire ad uiden
dum. Interdum pro suis primitiuis accipiun
tur: ut missi sunt legati uisendi causa: ideſt ui
dendi. Similiter facesso eo ad faciendum: uel
facio: uel eo ad recedēdum: uel recedo: ut Li
uius. Facesse hinc tarquinios aut corinthū.
Capesso eo ad capiendum. uel capio. Lacesso
eo ad lacerandum: uel lacero prouocando.
Laurentius.

Despicio é deorsum aspicio: sicut suspicio sur
sum aspicio: inde cum quis alium contēnit:
aut parum facit despicior dicit: quasi infra &
ad pedes protectū. Suspicere quidem est ue
nerari: quasi supra nos aspicere. Lau.

Despio siue despisco est a meo uel communi
sensu desistuor: morbo uel ætate uel amore
similiq; animi affectu. cuius contrarium est
resipiscere i. ad priorem mentis statū uel me
liorem mentem redire. Lau.

Descendo in prælium: nō quod de superiore:
sed de tuto in locū discriminis nemo descē
dit qui periculo se cōmittit. Vir. Tyrrhenāq;
manum totis descendere campis. Lau.

Desistere quære in assistere. Lau.

Destitisse id uidetur non qui distulit: sed qui
leni renunciauit in totū. desistere enim est de
negocio abstinere: quod calūniandi aīo insti
tuerat plane: si quis cognita rei ueritate suū
negocium deseruerit: nolēs in litē improbā
perseuerare: quam calumniæ causa nō insti
tuerat is destitisse uidetur.

Desiduo dicitur diuturna. unde & Var. in co
rollaria ait. Diuidiæ fuerunt cū desiduo affu
isse te. Ful.

Desterto: quære in sterto. Pri.

Despicor cōmune accipiebant antiqui: me mi
serū illæ fœminæ despicari aufæ sunt. Pri.

Desisto desistui desitū. Liui. xxv. ab urbe con
dita desistuntum ab romanis. Pri.

Despecto illam rem latini dicunt. Luca. in. v.
Desperare má. Pri.

Desubulare perfodere. Var. Sexqui ulysse unā
uenia esse non amouisse duce uirtute hanc
esse nobilem alterā carneadem desubulasse
bona corporis secutum. No.

Desubito T. i. præter: sed ambo q. desubito tā
repente ad me uenisti. En. in patratiaste. Cū
desubito me orabat mulier: lachrymansque
ad genua accidit. Afra. in mancipato. Quam
beatæ fœnicæ uidentur mihi mulieres: quæ
iurgio & beniuolentia terrent desubito ui
ros. Ceci. in asoto. Nam ego duabus uigiliis
transactis duco desubito domum. Quadri
garius in secundo anna. Is desubito utrisque
nunciatur copias adesse. Neutus in tripartī
ta. Postquam se uidit hæredem desubito di
uortium fecerunt. Luc. libro quinto. Desu
bito cupitum tam mens habet ipsa. Actius i
euryface. Tot opera trans de summa gloria
quærere euortis fines tam desubito. Pomp.
i papo. Agricola uolo scire ex te cur urbanas
res tam desubito deseris. Idem in pistore. Fit
desubito hilaris: tristis saltans & igneus rin
gitur. Nonius.

Desueui. i. consuetudinē ei abstuli. Titin. in ge
mina. Parasitos amoui lenonem ædibus ab
struī: ædibus desueui; nequa ad cœnam iret
extra consilium meum. No.

Despicere est pro nihilo habere. M. Tul. i uer.
acti. ii. Quēadmodū tenuissimum quēq; cō
tempserit, despexit librum nūq dixerit. Vir.
i buc. Despectus tibi sum: nec qui sim quæ
ris Alexi. M. T. de offi. li. ii. Despiciūt autem
eas & contēnunt: in quibus nihil uirtutis: ni
hil uernorum putant. No.

Despicere deorsum aspicere. Vir. geor. secūdo
Qualē cauā sæpe monris conual. e solemus
despicere. M. T. in hor. Consolabitur eā ma
gnitudo animi & humanaq; opinionum al
ta quædam despectio. No.

Despicere deorsum aspicere. Vir. i. ænei. Cum
Iuppiter æthere summo despiciens mare ue
luolum. Ser.

Despicere deorsum aspicere: disquirire consi
lium. Ter. in an. Iam aliquid despiciam. Do.

Despicatus cōtemptus ac despectus: uel ab eo
quod est cōspicor despicor. Sal. in iugur. Cū
iterea Metellus monte degrediens cōspicat
primo dubius quid nam insolita facies ostē
deret. Ter. i eu. Et illis crucibus: quæ nos no
stram adolescentiā habent despicatam. D.

Despicio a spectare dictum. Var.

Desponsor a sponte. Var.

Despondeo ueteri more: spondebat etiā petī
tor pater: unde sponsus & spōsa dicit: & spō
sæ pater spondet: despōdet adolescentis. Te.
in an. Placuit despondi. Do.

Despondere & spondere despondet puellam
qui petit: spondet a quo petitur. Terentius i
adelphis. Quin iam uirginem despondi: cō
posita res est. Do.

Desconbinatus sauciis & abrasis sectis. Varro i
meleagris. Sin autem delectationis causa ue
namini quando secus & saluis cruribus i ci
co expectare q̄ his desconbinatis in sylua cu
rare. Nonius.

Destinare emere. Luc. lib. xxviii. Facũ ab lenone: nemo tribus in libertatem mihibus destinet. Plautus in mustellaria a minis triginta a micam destinatam. & in rudente: minis triginta puellam si destinat. Nonius.

Defertus incultus asper. Virgi. iiii. geor. Rupe sub aerea deserti ad strymonis undam. Ser.

Despretus ualde spretus. Fe.

Destitui & desolari rursum statui. Neui. in agnastico. multo nauem iubet destitui anchoris. Cecil. i symbolo. Destituit omnes seruos ad mensam ante se. Ante tribunal regis destitutus. Liuius li. ii. No.

Descripti capilli a cerro q fines quod finis uidetur discrimine. Varro.

Detestari est absenti denunciare. P. de uer. sig.

Detestatio est denunciatio facta cum testatõe Vlp. de uer. sig.

Detestatum est testatione denũciatum. Ca. de uer. signi.

Deteritæ porcæ. i. macilentæ. Fe.

Deterior dicitur a meliore: idest mius bonus Seruius.

Detudos esse defunsos diminuros. Fe.

Deturbare deiicere demouere. Salu. histo. libr. ii. Mœnibus deturbat. & libr. vi. Inde alias animas quæ per iuga longa fedebant deturbare. Nonius.

Deturbare idest deiicere dimouere. Virgili. v. Puppi deturbat ab alta. &. T. in oratione pro Milone. De urbis præsidiis: & de custodia ciuitatis uestris sententiis deturbare uolunt. S.

Detrahere dicitur derogare. M. T. de signis. Et si quæritis ut ipse de me detraham: illos ego accusatores puto. No.

Detrahere tollere. Terentius in heau. Assidúit accurrunt serui foccos detrahunt. Vir. geor. lib. iiii. Obseruans nido in plumis detraxit q̃tum commodum fuit. No.

Detrahere extrahere. Luci. libro. xxix. Cũ ipsũ in lucum descendant. No.

Detractare est male tractare. Fe.

Detrimentum a detritu: q̃ ea quæ trita minoris precii ab eadem mente: inde detrimentũ ab eo quod duo: quæ inter se trita diminuta a quo etiam integra dicta. Var.

Detrimentum uel unius partis dici potest: inter trimentum: non ad unius partis spectat; sed ad plures. Asco.

Deuersus dicebatur deorsum uersus. Fe.

Diuersoria dicta sunt hospitia a diuertẽdo. Cicero in orato. libro secundo. Quiescam i cæsaris sermone quasi in aliquo opportuno diuersorio. No.

Deuitare ualde uitare. Fe.

Deuorare absumere eripere. Actius in Aene. patrio exemplo & medicabo: atq; animã deuoro. No.

Deuorari nõ solum cibus gutture: sed & uox auribus potest. Plau. in asi. auscultare atq; operam date: & mea dicta deuorate. N.

Deuotum ad prosperum tantum usus trahit: sed auctoritas & ad diuersum signari uoluit Vir. æne. i. Præcipue infœlix dido pesti deuota futuræ.

Deum cur illum cuius in tutela urbem esse dicunt. siue mascꝰlus is est: seu fœmia: & quærere & nominare nephas est. Hoc. n. ita esse religione confirmant Valerium soranũ male periisse dicentes q̃ numinis nomẽ effertre ausus esset: an q̃ latinorum quidam monumentis tradiderunt euocatõnes quasdam ac deorum ueneficia esse putauerũt: q̃bus quo niam ipsi hostium deos euocare: & ad se traducere consueuissent: ne ipsi idem paterent; magnopere uerebantur: quẽadmodum igit tyrii uincula statuis iniiciunt. Alii uero spon sores petere dicuntur: si quem ad lauacrum: aut ad purgationem aliquam deducunt: Sic romani quod arcanum & incognitum esset firmissimam ac tutissimam dei custodiã esse crediderunt: an sicut Homerus finxit. Terra uero communis est hominum: ut homines deos omnis colant ac uenerentur terram comũiter habentes sic ueteres romani deũ salutis autorem cælauerunt: q̃ non eum solũ: sed omnis deos a suis ciuibus honorari uoluerunt.

Deus dictus q̃ ei nihil desit: uel quia oia commoda hominibus dat: siue a græco: Δεος: quod significat metũ: eo quod hominibus metus sit. Sed magis constat id uocabulũ ex græco esse dictum οἷος aspiratõne dempta qui mos antiquus nostris mos erat. Fe.

Deunx deuncia dempto uno. Var.

Deultum stagnum: quod ante ultronum dicebatur in regione ascythe est risasto fluminiq; emeldefo & phinopoli oppidis bospho roq; propinquus.

Deus a θεω quod é uideo & speculor: uel Δεο .n. ei timeo. Saturnus ad retinendam parẽtũ memoriam patrem οὐρανον. i. cælum: matrem γεαν terram dixit: & uestra interpretatur q̃ omnibus rebus uestiatur. Alia uesta petua uirgo: cui uestales uirgines & cætera. Vxor saturni Rhea a ῥεο fluoiq; multitudo deorum ab ea fluxerit. Iuppiter iuuas pater: græce ἰεῦσ a ιω iuuo: quia uitam dat: inde zenobius Iouis uita uel beatitudo: quæ etiã βιος significat. Dicitur etiam Iupiter æther luno etiam a iuuando. græ. ἡρ: unde nos heram. i. dominam: quam stoici acta dicũt. Neptũnus a nando. græ. πο σεΔον: quia potũ dat omnibus. Pluto. nos a dis & ditis qa oẽs

diuitiæ etiam: uel Pluto secundum Quinti. quia nō sit diues. Proserpina uxor Plutonis: filia Iouis: græ. περσεφονή. i. frugum sæmē quod natura absconditā quærit: mater Ceres quasi gerens a gerendis frugibus: prima littera mutata græce Δημήτηρ quasi γῆ μήτηρ: quasi terra mater: uel ceres a creando secundū Ser. fuit soror Iouis. Mars Iouis: & iunonis filius: alii solius iunonis: quasi magna uertens græ. ἀρῆς ab αἴρω occido. Minerua ex Iouis capite nata: quod uim mineꝫ græce δόηγὸ Apollo: qui φοιβον: & diana: quæ ἀρτεμὶς Iouis ex Latona: quæ & luna ꝙ nocturna luceat: ille & sol ꝙ solus maximus: uel ꝙ solus oriens apparet: græ. ἥλιος luna σελήνη eadem & lucina. Vnde quæ apud græ. ἀρτεμὶς diana: apud nos lucifera & Iuno Lucina dicitur. Vnde cū qua nocte Alexander natus est Ephesiæ dianæ templū cōflagrasse Timæus quidā dicat in historia addit non mirum ꝙ diana domo abfuerat. Nā in partu olympiadis adesse uoluit: & ideo a parturientibus inuocabatur: quia parturiēti matri auxilio fuerat uenus quod ad res oēs uenire: inde uenustas. Tor.

Deucalion Promethei filius ex clymene & hyp̄ione: ut Hesiodus uel ex hesione: cui epimetheus pater Pyrrham filiā uxorē dedit: quo tempore diluuium aliud ante sub Ogygio i Achaia & boetia. T.

Deuiæ pro errantes & pascentes. Hor. lib. car. Quærunt latentes & thyma deuiæ olentes uxorem marити: ut Rari per incultos errant animalia montes. Acron.

Deuexi i deuexa cæli parte positi. Hor. lib. car. Me quoq; deuexi indeuexa rapidus comes orionis illyricis nothus obruit undis. Virgi. Conuexa polus dum sydera pascet. A.

Dextra auspicia prospera. Fe.

Dextra fidei & fœderis membꝝ: Ter. in adel. Quod te ego per hanc dextram Do.

Dextra maiorꝝ fuit salutatio: cuius rei τοῦτὸ τὸ ον. i. causam. Var. Callimachum secutus exposuit: asserens omnem eorū honorē dextrarum constitisse uirtute: ob quam rem hac a se uenerabanꝫ corporis parte: unde Vir. æn. primo. Cur dextræ iūgere dextrā nō daꝫ. S.

Dextrabus pro dextris. Laberius i odyssea. Denique manibus dextrabus. No.

Dextrarum tibiarum genus est quæ dextra tenentur. Festus.

Dextima pro dextra. Var. Porro inde ab unoquoq; compito temæriæ oriuntur: æ quibus singulæ dextimæ exitum ad cælum habent proprium primo compito dextimam uiam munit epicurius. Nonius.

Dextimū & siniſtimū antiqui dixerunt. Fe.

Dextans dicitur quasi assi deest sextas: quem admodum duo de uncia & de una. F.

Dextans dempto sextante. V.

Dextrum dicitur dextræ partis. Virgil. libr. v. Quo tantum mihi dexter abis. No.

Dextræ dicit fœlix propitiū. Vir. li. viii. Et nos & tua dexter abi pede sacra secundo. No.

Diaduella mons est pars alpiū ad Etutatios ex quo monte aduas amnis i cōtraria fluit ad i teriorē gallia lacū implens larium. Stra.

Diariis uel cibariis relictis neq; habitationem neq; uestiarium: neq; calciarium deberi palā est quādo de cibo tantū testatio sensit. Vul. de alimen. & ciba.

Diabathra genus soleaꝝ: græcanicaꝝ. Fe.

Dialis. i. Iouis ut flamen dialis. i. iouialis. Græci nāq; Δίαι uocant iouem. Suetonius de octuor Cæsaribus sequentibus. Quod consuli bus flamen dialis destinatus. & Valerius maximus lib. ix. Qua tempestate reipu. Lucius quoq; Cornelius merula consularis & flamē dialis cum ludibrio insolentissimis uictoribus esset: & ut louis sacerdotem declararet: sacerdotisq; sui sanguinem uetustissimi foci mandauerunt adiecit. Ser.

Diana pronunciauit Nigidius Apollinē lanū esse: dianāq; lanam appolita ei. d. litteras: quæ sæpe litteræ causa decoris apponitur ut redditur: redibiē redintegratus: & similia. M.

Dianam quidam dicunt lunam. V.

Dianus locus dianæ confecratus. F.

Diabolus calūniator diaboli.

Diadema græce habet accētū in antepenultia apud nostros in penultima. T.

Diagoras philosophus: atheos dictus. i. negans deos. T.

Dialectos tortiloqua sermocinatio disputatio tortuosa.

Dia magna clarauit Horatius.

Dialectica disputatrix: inde dialogus a Διαλέγομαι. ti sermocinor: nam per sermonem disputamus. Sermo enim sedatur: oratio ornatior: & magis mouens affectus.

Dialyton dissolutum: ut Ferte citi flāmas: date tela: impellite remos. T.

Dianæ cur Romæ cum multæ sint ædes: eam solum quæ in angiportu est: qui patricius dicitur uiros ingredi nephas est: an ob eam fabulam quæ dicitur: quēdam cum eo in templo mulieri: quæ dianam salutatū uenisset uim attulisset a canibus disceptum fuisse: i de orta superstitione homines ingressu abstinuisse.

Diabetis est passio quādo acceptus potus per urinam reiicitur.

Diaretica est potio: quæ urinam mouet.

Diaphragma latine omentum dicitur.

Diaſpermaton.i.diſſeminatoriũm.
Dianæ cum in cæteris templis ceruorum cornua plane affigunt in auentino boum tantũ modo ſuſpendere conſueuerunt.quid ita?an id ueteris caſus memoria & recordatione fieri putandum eſt: Ferunt enim in Sabinis antroni coratio bouem inſigni ſpecie ac magnitudine natam fuiſſe a diuino deinde quodam monitu. Si quis eam bouẽ in auentino dianæ imolaſſet:factum eſſe eius qui rem diuinam feciſſet ciuitatem totius Italiæ imperio potiri:hominem re credita ut bouẽ imolaret: ſtatim Romam uenisſe:ſeruum interim Seruio regi clam rem omnem indicaſſe illum inde e ueſtigio Cornelio ſacerdoti ſperaſſe: ut antroni ante q̃ is rem diuinam faceret: in thyberi ſe alluueret: rite præcipere: Sic enim eos qui litare uellẽt facere cõſueſſe antronem cupide profectum lauiſſe. Seruiũ interim occupaſſe:ac dianæ bouẽ imolaſſe: & cornua templo affixiſſe: hoc luba monumentis mandauit:& Varro: niſi quod antronis nomen Varro non prodiderat: nec a cornelio ſacerdotes ab edituo deceptum fuiſſe dicit.
Diana a Δίοσ quaſi iouiniana:uirgo uenatrix ut labore luxum fugeret:di longa apud Vir. alibi b mutauit Actæonem occidit Orionẽ uim ſibi uolentem inferre:in ſegeſta Siciliæ colebatur a Cretenſibus: quam ſimiliter britomartem ſua lingua dicebant.i.uirginẽ dulcem:græ.Βριτόμαρτιν irata fuit regi calydoniæ:quod thaleſca p frugibus nõ feciſſet Ho.Tor.
Diaſyrmos diſtractio:cũ una dictio ad duo diuerſa diſtrahitur: ut Interſtrepere anſer olores.Tor.
Diaſtaſis diſtantia:a Δία ob & longe.T.
Diaſtole diſtinctio uel dilatatio:cum dictio uel ſententia diſtinguitur; uel breuis ſyllaba p ducitur:ut uerſa puluis iſcribitur haſta: & lucius ubiq; pauor:& plurima mortis imago. Tortel.
Dicare dictum eſt conſtituere conſecrare. Virgilius libro quinto. Vrbe uelit poſita téplis ſibi ferre dicatis.No.
Diapaſmata & malagmata differũt: ut Plinius autor eſt:q̃ diapaſmata dicunt unguenta ex ſiccis odoribus ꝓ malagmata dicuntur fæces unguentorum.
Dibaphæ purpuræ dicebantur alibi uſus é Lẽtulus ſpinther primus poſtea ſæpius tinctæ fuerunt:ut maior honor impenderetur.
Dictare eſt enunciare quod alius excipiat ſine dictata:non in litteris tantũ: ſed in aliis quo que attribus appellamus: ut illud peragit dictata magiſtri:& gladiatores meditantur dictata laniſtæ.frequẽtatiuum autem é a dicono quod dicemus ſæpe inculcamus:ut penitus excipiantur & ediſcantur.
Dicearchia oppidum Campaniæ dictum a cultu & præcipatu iuſtitiæ poſteriores puteolos appellauerunt.
Dichomenes:quæ græci etiam aſpirant ſignificat lunam ſemiplenam: qua uoce Aſtrologi noſtri utuntur.
Dictamus herba: de qua Virgilius dictamum genitrix Cretea carpit abida uberibus caulẽ foliis & flore comãté purpureo: hác ceruus edit quotiens fixus eſt ſagitta: nam ita ferrũ cadit.de eadem Plinius multa.
Dicearchia olim dicti ſunt puteoli: a Δίκη: quod ſignificat iuſtitiam: quæ potiſſimũ regebatur:ut Feſto placet:poſtea puteoli dicti: uel a frequentia puteorum qui ibi ſunt:uel a putore:ut ſcribunt Varro & Strabo. Addit Strabo putorem illum ſulphureum inde natum eſſe q̃ gigantes olim in bello phlegreo ſuperati illic lauerunt uulnera.
Dicare tradere.M.T.in epiſtola ad Cæſarem libro primo. Balbum quãti faciam q̃q; ei me totum dicauerim ex ipſo ſcias. Lucilius libr. trigeſimo.luratam ſe uni cui ſit data atq; dicata.No.
Dicare iudicare nunciare.Lucil.li.xxx. Sic ubi ad aures fama tuam pugnam claram illatam diciſſet.No.
Dicare eſt in obſequium dare: ut facerdos dicatus eſt numini.Virg.ænei.i.Cõubio iũgã ſtabili propriamq; dicabo.
Dicaſſit dixerit.Feſtus Pompe.
Dice pro dicam antiqui poſuerunt.Fe,
Dicere conſtituere.Teren.in an.Placuit deſpõdi hic nuptiis dictus eſt dies.No.
Dicere denunciare.Lucil.li.xxviii.Minitari aptecapitis dicturum diem.T.in an. Sed dico ne temere facias.No.
Dicere indicare.Vir.in buc. Dic mihi damœta cuium pecus.No.
Dicere deſtinare.M.T.de offi.lib.iii.Et q̃ morti addictus eſſet paucos ſibi dies cõmendãdo rum ſuorum.No.
Dicere dicare.Vir.li.vi.Iunoni infernæ dictus ſacer.No.
Dicere etiam promittere.Pomp.in pictoribus Nummos certos dico quinquaginta milia. Salu.libro ſecundo. Eodem anno i Macedonia.C.Curio in principio ueris cum exercitu profectus in dardaniam quibus potuit pecunias dictas coegit.Afranius in uopi.Igit̃ geſcat:quoniã inter nos nuptiæ ſunt dictæ parcas iſtis uerbis ſi placet.Idem fratres de ruſticonſcio cui uicino ſuo pauperi:cui dictat doris paululum. Pac.in her. Prius data eſt q̃

tibi dicta dari: aut q̄ reditum est Pergamo. Varro í mysteriis. Id uirgo dos a fœmia auferatur: quæ mihi post q̄ ad concordiam dicta est. No.

Dicere dare. M. T. de offi. li. ii. Cómode autem quicunq; dixit pecuniam. No.

Dicere interdicere hoc differútq; dicimus q̄d iubemus fieri. Interdicimus quæ uetamus. Dicimus enim uni generi hominum. interdicimus diuersis. Itaq; prætoris dicta & iter dicta dicuntur. Ter. in ecy. Interdicto ne extulisset extra ædes puerum usquā. Do.

Dicebo pro dicam. Ne. de patic. primúq; dicebo recte secundum q̄ eo melius dii prodam Nonius.

Dixi hoc uerbum in fine additú superiora cōfirmat: & est proprium his qui perorauerút causam. Do.

Dici mos erat Romanis í omnibus sacrificiis precibusq; po. ro. Quiritisq; quod est curen sibus: quæ ciuitas Sabinorum potentissima fuit. Fe.

Dictio a dico í manipulis castrēsibus ducibus

Dic mihi iniuriosum est. Virgili. Dic mihi damœta cuium pecus. Terentius í an. Eho dic mihi. Donatus.

Dico originem habet græ. quod græ. δικνυω δικῶ. hic En. Dico hunc ditari. V.

Dico plus est q̄ do. dicatur enim perpetuo: datur ad tempus. Ter. í phor. Operam hanc tibi dico. Do.

Dictata in ludo a dico. V.

Dicta & facetiæ: ioci iocos ueteres nostri dicta dicebant. Testis Ci. q in li. epist. ad Cor. ne potem secundo sic ait. Itaq; nostri cum ómnia dixissemus dicta essent q; facete & breuiter & accurate iocati essemus a proprio noīe apellari dicta uoluerunt. hæc Ci. M.

Dictum participium uel nomen: a quo etiam dicaces dicuntur qui malignis salibus maledicunt. Ter. in eu. Tum si quis est qui dictú sē inclæmētius existimat esse: sic existimet: sciat præsumat responsum nō dictum esse: quale sit prius dictum supra nomen: ista participium significat. Do.

Dictator ab eodem dictus est magister populi q; is a cōsule debet dici: hic antiqua illa dicimus si dico quid scienti q; det quod ignorauit. Var.

Dicenota mēs itellectus: unde figura: quæ magis sensum q̄ uerba designat Quin. T.

Dicæarchus. i. iustus princeps: & propriú nomen. Tor.

Dictamus herba medicinalis: de qua Virg. T.

Dictynna a Cretensibus græce diana. Lac. grāmaticus britonem uirginem: uel britomartem Dianæ sacram: ne a Minoe uiolaretur í mare se præcipitauit: ætibus reperta ab his dictynna dicta est. nam Δίκτυον ræte: & cú pestis magna sequeretur responso ædem diane constituerunt: & uirginis cognomine dictynnam uocarunt: & mons ubi sita fuit dictynnus. Tor.

Dictæus mons cretæ a dicte nympha: quæ ibi colebatur. T.

Dico sententiam consiliarius. Fero sentētiam iudex. Interdum dico pro fero: dico leges ad uictos: ferre uero leges ad suos.

Dicere est oratorum eleganter facūdeq; loquētium. Quin. x. Nam mihi ne dicere quidē ui def: nisi q̄ dispositeornate: copiose dicit. Ci. de offi. Et ad dicendū & ad iudicādū. i. í oratoria arte & in philosophia. Lau.

Dictio a dico est oratoria & facūda oratio. L.

Dictito frequentatiuum est frequētibus locis temporibusue dico & narro.

Dicto est alteri scribenti excipientiq; dico manu stilo; notanti. L.

Dictú & dicta de sermone intelligimus q; frequentius producat sermonem. Mac. materiā dictis non pudet esse ducem. La.

Dicacitas a dicendo significat sermonem cum risu aliquos incessentem. Quintil.

Dictatores prædicti sunt: a quibus nec prouocandi ius fuit: & quibus etiā capitis animadūersio data est. Nā cum po. ro. aucto crebra bella orirentur: & quæda acriora a finitimis inferrentur interdum re exigēte placuit maioris dignitatis magistratum constitui hunc magistratum: quando summam potestatem habebat non erat phas ultra sextum mēsem retineri: & his dictatoribus magistri equitú iniungebātur. Sic quoque modo regibus tribunicelerum prætoris: magistratus tamen habebantur legitimi. Pom. de ori. iuris.

Dicere sententiam existimamus esse qui ea mēte id pronunciat: ut secūdum id deficere eos a tota controuersia uelit.

Dictum a promisso sic differuntur: dictum accipimus quod uerbotenus pronúciatum est nudoq; sermone finitur. Promissum autem potest referri ad nudam promissionem siue pollicitationem: uel ad sponsum. Ea autē so la dicta siue promissa admittenda sunt quæcunq; sic dicuntur ut præstentur: non ut iactentur. Illud sciendum est: si quis uenditor artificem promiserit uel dixerit non utiq; p fectum eum præstare debere: sed ad aliquē modum peritum: ut neq; eum summæ sciētiæ accipias: neq; rursus indoctum esse in artificium sufficeret. Igitur talē esse quales uulgo artifices dicuntur. Sciendū est tamē quæ dam & si dixerit præstare eú non debere: dicet ea quæ ad nudam serui laudē pertinet;

ueluti si dixerit frugi Probum dicto audien
te:cur enim Pedius scribit: multū intereſt cō
mendandi ſeruū cauſa q dixerit. an uero præ
ſtiturum ſe pmiſerit quod dixit: plane ſi eū
dixerit aleatorem non eſſe furem nō eſſe:ad
ſtatuam nunq̄ confugiſſe:oportet eū id præ
ſta.e. Vl.de æd.il.edi.

Dictarii appellantur hi qui in aliena cœnacu
la ſe dirigunt furandi animo: & pluſq̄ fures
puniendi ſunt:iccirco quæ aut ad tempus in
opus dantur publicum:aut ſuſtibus caſtigā
tur & dimittuntur:aut ad tempus relegant.
Vlp.de extraor.cri.

Dictator q̄ a conſule dicebat:cuius dicto au
dientes omnes eſſent.V.

Dicearchia quæ nūc puteoli q̄ ea ciuitas quō
dam iuſtiſſime regebatur.Fe.

Dicearchia puteolorum oppidum prius appel
labatur.Stra.

Dicteria quaſi dicta non ſeria.Va.honos lyras
quoniam mobilem neq; orto ſalticum attu
lit pſalterium:quibus ſonant in græcia dicte
ria.Nonius.

Dictynna diana:quam eſſe lunam putabāt: q̄
fulgore ſuo noctu omnia oſtendat.Fe.

Dicturos dilatores moram facturos.Aſco.

Dictu rientem ne te ultra retarder perge anie
ne.M.

Dido eſt uirago:ita enim appellata eſt. nā Eli
ſa proprie dicta eſt. Nam cum Hiarbas Rex
Libyæ didonem ducere uelle uxorem:eaq;
negaretis carthagini bellum intulit:cuius ti
more cum cogeretur a ciuibus petiit ut ære
placaret manes mariti: & ædificata pyra ſe i
gnem intercapidinem ob eā cauſam atq; rem.
Dido.i.uirago eſt appellata.Ser.

Diducit ſiccat detrahit.Vir.geor.i. Quiq; pa
ludis collectum humorē bibula diducit ha
rena. Et alibi. Rituos diducere nulla religio
uetuit.Ser.

Dies dictus q̄ diuini ſit operis: ſiue a dione e
ius.ut putabant rectore:qui græ.φσεσων ap
pellatur:ſiue q̄ deterui diuinus dehiſcat i cā
dorem Fe.

Diem uolunt cum ſcominini ge.dicimus tem
pus ſignificare.maſculum ipſum.Nos contra
inuenimus. Tur.in pedio quādoquidē amo
rem intercapedine ipſe liniuit dies.i.ipſum
tempus.Pa.in Do. Gnatā deſpondit nuptiis
hanc dicit diem.Vir.æne.ii. Ergo dies iphā
da aderat mihi ſacra parari.Nonius.Dies cū
ge.ſcominini pronunciatur tempus ſignifi
cat. Vir.in.xi.Multa dies uariuſq; labor mu
tabilis æui:Rettulit in melius. Vnde & die
cula pro breui tempore diminutiue dicitur.
Cum autem ſpacium horarum duodecim ſi
gnificat generis maſculini i.de hoc dicimus
quaſi hoc die.Ser.

Didyme inſula ex æoliis in freto ſiculo.T.

Didrachma bis drachma.T.

Didymus gemellus & uiri proprīū nomen.T.

Didymaon armorum artifex. Vir.in.v.T.

Dieta locus domi:ubi tantum uerſamur nul
lo negocio aut uſu. Nam Aici.To ſignificat
uerſor Tranquilus in diætam:cui neminem
ierneum neceſſe erat: diæta ita ſignificat le
gē iudicum.

Dies uel a Διος:nam ut nos Iouem adiutorē:
ita græ.Δια βοῶνον: & diem adiutorem & i
de dieſpiter.i.iuuās pater lingua oſca.Lucre.
Alii diem deum dicunt cōmunis generis:di
minutiuum diecula. T.

Dies.i.tempus.Vir.in.v.Quā nunc longa dies
pietas nec mitigat ulla & Terē.in heau.Aut
ſalſum eſt:quod uulgo audio dici diem adi
mere ægritudinem hominibus.Ser.

Dies agonales per quos Rex in regia arietē i
molat dicti ab agone: eo quod interrogatur a
principe ciuitatis & princeps gregis imolat.V.

Dies ueſtales ut uirgines ueſtæ ſacrificēt quin
quatrus.Varro.

Dies fortis uē.uræ fortunæ appellatus ab Ser
uio Tullo rege q̄ is fanū fortis fortunæ fecū
dū Thyberim extra Romā ædificauit. V.

Dies ſeptimontiū nominatus ab his ſeptē mō
tibus:in quibus urbs ſita eſt.V.

Dies poſtridie Kalen.nonas.V.

Dies faſti per quos prætoribus oīa uerba ſine
piaculo licet fari.V.

Dies nephaſti contra:ii horum: per quos dies
non poteſt agi:& neceſſe eſt aliquo uti eorū
uerbo cum quid lege peragitur:q̄ ſi tum im
prudens id uerbum emiſiſq; nianum ſit il
le:nihilominus eſt liber: ſed ut magiſtratus
uitio creatus nihilo: ſed uis magiſtratus præ
tor:qui cum factus eſt ſi prudēs mutuis am
bigebat eum expiari ut impium non poſſe.
Varro.

Dies comitiales dicti ſunt q̄ tum dum eſſent
populus conſtitutus eſt ad ſuffragium ferun
dum:niſi ſi quæ feriæ eſſent conceptæ: pro
pter quas non liceret copitalia & latine.V.

Dies intercīi ſunt per quos mane & ueſperi ē
nephas:medio tempore iter hoſtiani cæſam
& extra proiecta phas:a quo quod ſaſtum i
tercedit.aut quod intercium:uel ne nephas
dieſque uocatur. Sic quando res faſtuiq; co
mitiauit phas ſic dictus ab eo: q̄ eo die Rex
ſacrificulus dicat ad comitium: ad quod tē
pus eſt nephas ab eo phas. Itaq; poſt id tem
pus lege actum dies qui uocatur quādo ſter
cus delatum eſt phas ab eo appellatus: q̄ eo
die ex æde ueſtæ ſtercus euerrutur: & per ca
pitolū cliuum in locū deferē certum.V.

Dictatoris ius erat amplissimū in quem nemini ius erat ꝓuocandi hic magistrum equitū dicebat regis præferebat maiestatē circa sex menses constituebatur.

Dicteria dicuntur dicta urbana: græce dicunt apophthegmata. Francisc⁹ Philel.

Diecula hoc est tempusculū: & sumitur ab eo quod est hæc dies diecula mora: quod ē hæc dies parua. Terē. in an. Non satis habes q̄ die ēulam addo. Do.

Dies alliēsis ab alia fluuio dictus: nam ibi exercitū nostro fugato Galli obsederunt Romā Varro.

Dies a solis & lunæ motione: qui maxime cauſant tēpus propter eoꝝ motū: qui deūs toto cælo coniunctus duos motus causaria q̄bus tempus: & ab hoc a deo dies appellat.

Dies fœmi. gene. tempus: & ideo diminutiue diecula dicitur breue tēpus & mora. Dies horarū duodecim generis masculini est: Vnde hodie quasi hoc die. Asco.

Dies more romano a media nocte incipit: & sequentis noctis media parte finit. Itaq; q̄ in his. xxiii. horis: ideſt duabus dimidiatis noctibus: & luce media actum peride est: quasi quauis hora actum. Pau. de feriis.

Diei principium cur de media nocte numerāt an quod resp. ab initio rei militaris more & institutō constituta est. In re militari autem multa noctu utiliter occupantur. an diei ortum agendi principium esse uoluerunt: nocte uero consilii & apparationis. Oportet autem præparatos rem aggredi: non agentes præparari fabricius quod mysos ad chilonē unum de septem scripsisse dicitur hyemem quēadmodū meridies finis est multis reipu. gerendæ: sic nocte intempestā actionū omniū initiū oportere statuerūt: cuius rei maximū argumentum magistratum Romanum post meridiem fœdus facere non solere. an occasu quidem & ortu principium & finem diei capere licet. Nam si multitudinis iditio principium diei: cum sol emergere coeperit: incipit uero finem cum penitus occiderit termi nauerimus æqualitatem diei ac noctis quod æquinoctiū dicimus non habebimus: æquā enim diei nocte re maxime uidemus ea die cui comparatur solis spacio ac magnitudine breuior reperietur. Nam quod mathematici asserunt: & huic rei medicina afferentes diei ac noctis uerissimam rationem constituunt Centrum solis cum finientem attingat oēm euidentiam & claritatem funditus tollit. ne esse est enim accidere cum multū lucis etiā sub terra sit: & nos radiis suis sol undiq; collustrat. ut diem nondum esse fateamur. quare cū ob dictas causas ortus diei & occasus principium difficillime capi possit relinquit aut ut medium diem: aut ut mediam nocte principium diei statuamus: porius autem secundum. fertur enim a nobis a meridie ad occasum: a media uero nocte ad oriētem ad nos redit.

Diei cuiusq; maior pars est hora. septem primam diei non supremaq; P. de uer.

Diespiter diei pater Iuppiter. Hora. libro car. Nāq; diespiter igni coruisco nubila diuidēs. Acron.

Die pro diei. Vir. in ii. geor. Libra die sonique pares ubi fecerit horas. P.

Dies in singulari numero tam masculini q̄ fœminini ge. intuenti. In plurali numero uero semper mas. sicut & ab eo cōpositū semp ma sculi. ge. est hic meridies. Te. i adel. Præterea meridie ipso facia ut stipula colligat. Pri.

Diedua in gallia est prope bibracte. Alia i burgundia. Strabo.

Dié qui masculini generis dicendū putauerūt hanc causam reddiderūt: quia dies festos nō festas dixerunt. Et quartum & quintū Kale. nō quartā & quintam: & cum hodie dicimus nihil aliud in religimus q̄ hoc die. Qui uero fœminini catholice utūtur pro ablatiuo casu: & non nisi producta finiatur: & cp. diminutiuum eius diecula sit. Varro autē distinxit ut mas. ge. unius diei cursum significaret fœminino autem temporis spaciū quod nemo seruauit. Nā secūdū hanc distinctionem dicit Vir. Venit summa dies. i. tempus: & ille dies primus lærhi pro uno die tantū. & fœminini ge. dicit expectata dies aderat.

Dies romanus a media ad media nocte: medie de gallicinium: inde conticinium: cui galli cōticescunt & homines: deinde diluculū cū incipit dignosci dies. Inde mane cum dies clarus: inde meridies: Inde iam supra uocatur tempus occidui: & nos supprema tēpestas: hoc ē diei nouissimum tempus: sicut expressium ē in duodecim tabulis solis: occasus supprema tempestas esto: deinde uespera: ab hoc tempore prima fax: deinde concubia: & deinde i tempesta: quæ noh habet idoneum tempus rebus agendis. Ma.

Dies festi dicti sunt hi qui diis dicati sunt: pro festi omnibus ob admutrandam rem priuatam publicāq; conceſſit. In ercii deorum hominūq; cōmunes sunt. Festis in fuat sacrificia epulæ: ludi: feriæ: pro festi: fasti: comitales: competendini: stati. prælii res. In ercii in se non in alia diuiduntur. Illoꝝ enim dierū quibusdam horis phas est: quibusdam phas non est ius dicere. Nam cum hostia cædunt fari nephas. & porrecta fari licet. rursus cum adolet nō licet. Ergo de diuisione festorum

& professorum dierum latius differendum est. Ma.

Diespiter Iouis appellatus: idest diei & lucis pater. Au. G.

Dies a ueteribus dies dii declinatum est: ut fames famii: pernicies pernicii: progenies progenii: luxuries luxurii: acies acii. A. G.

Dies triginta aut plus eo in naui fui. apud Te. in ecy. accusatiuus casus plenum numerũ & continuationem rei significat. Do.

Die quarta & die quarto temporis hoc prudẽtes distare uolunt: quæ tamẽ autoritas ut sit die quarto temporis præteriti die quarta futuri. Nonius.

Diespiter. i. diei pater: a quo dei dicti. Varro.

Dierecti dicti crucifixi: quasi ad diem erecti. Var. in eume. Apage in diem rectum. No.

Directum dicebant per antiphrasim: uolentes significare malum diem. Fe.

Differre est spacium temporis dare. Vir. li. vi. Distulit in seram cõmissa piacula mortem.

Differre diffamare diuulgare. Lucil. li. viii. Gau des tamẽ de me ita foris sermonibus differs. Var. de ui. pa. li. iiii. Si modo ciuili concordia exequi ratione paret rumores fama differãt: licebit nos quoq; carpant. No.

Differre diuidere uel scindere. Vir. geor. li. iiii. Scythiæq; hyemis atq; arida differt nubila. Ter. in adel. Miseram me differo doloribus Vir. li. vii. Haud procul inde citæ mecum i diuersa quadrigæ distulerãt. Lucil. li. xxx. & maledicendo in multis sermonibus differs. Plau. in aulu. Nisi reddi mihi uasa iubes pĩulo te differam ante ædis. No.

Differre in ordiné ponere. V. ir. geor. li. iiii. Illetiã feras in uersum distulit ulmos. No.

Differre distare. M. T. i uer. At uide quid differat iter meã opinioné ac tuã. Lu. lib. xvii. Tamen alciuerũca aut cicatrix medius papulæ differũt. M. T. in hor. Quantũ inter se homines studentes moribus omni uitæ rõne differant. No.

Differri disturbari in diuersum fere rapi: dissipari. Te. in an. Ex solo loco rationé sperat in ueniſſe ſe qua differat te. Idé i adel. Me miserã differor doloribus diuellor: discrucior: dilaceror: & proprie cõuenit parturiẽti: cui uiscera distenduntur.

Differatio genus sacrificii: quod inter utrũ & mulierem fiebat diſſolutio dicta differatio: quia fiebat farreo libo adhibito. F.

Differitas pro differentia. Li. lib. iiii. Tantaq; in his rebus distantia differitasq;. No.

Difficilis pene sterilis. Virg. geor. li. ii. difficiles primũq; terræ collesq; maligni. Ser.

Difficultatẽ paupertate significat. T. eõtrario q̃ uos facillime agitis: & ipſe alibi in summa facultate esse nũmaria iudiciorum desiderio tribunitia potestas efflagitata. Asco.

Difflare flatu disturbare. Plau. in milite. Cuius tu legiones' diffflauisti spiritu. Luci. lib. xxvii. Pars difflatur uento: pars autem obrigescit frigore. œ. o.

Diffinitio ois in iure ciuili piculosa. Parum est enim ut subuerti possit. Vl. de re. iu.

Difficilis durus inexorabilis. Hora. pro crucia bili accepit primo car. ferues difficile tumet iecur. Por.

Digãma æolicum: ut in multis sepulchris apparet: ſerjus julgus jixit romæ diis manibus sacrũ secundus jixit meus, xi. dies. xx. petroma Noe soror ei jixit annum mẽses dies. xii. hic sepulti sunt. R. decẽber: hoc in Liuio fre quenter notaui.

Digitus infamis medius qui obſcœnitatis est ut ait luuena. Qui fortunæ ipſe minaci mãdaret laqueum mediũq; oſtẽderet unguem. Sunt autem nomina digitorum hæc pollex salutaris: infamis: medicinalis: ultimus.

Dignitas é auctoritas honesta: digna cultu honore & uerecundia.

Dilatio dicta quasi diei prolatio. T. in eu. Sed i diem iſtunc parmeno est quod fortaſſe mini tare. i. in longam dilationem. Do.

Dilectus militũ & is qui significatur amatus a legendo dicti sunt. Fe.

Diligere quære in uerbo amare. Lau.

Diluuies noue posuit. Ho. li. car. Cũ oés auctores hoc diluuiũ posuiſſent. Ac.

Dilutum uinum: quod mixtum est: imo ęqd amiscet. Perſius. Diluis elleborũ certo cõpescere puncto: nescius examen.

Diludia. i. intermiſſionem ludorum. Por.

Dilema est cõplexio quæ aduersãtiũ ab utraq; parte cõcludit: ut est apud Virg. Si peritурus abis & nos rape in oía tecum: Sin aliquã expertus positus ſpem ponis in armis: Hãc pri mum tutare domum. S.

Diligens ab legendo. Varro.

Diligere manifeſtã hẽt ſignificationẽ: utpluræ que diligit diuidit. Plau. in curcu. Clypeatus elephantũ: ut machæra diligit. No.

Diligere hoc interest & amare: q̃ i illo remiſſa quadã beniuolẽtia. in hoc autẽ uæhemẽtior intelligit Ca. Pli. in epiſ. ad Municianũ. Aderam beticis mecum. Qu. L. Albinus uir i dicendo copioſus ornatus: quẽ ego cum olim mutuo diligerẽt: in hac officii societate amare ardentius cœpi. Ser.

Diligere leuis amare: uidelicet habet maiorẽ uim. Ci. ad Brutum. Sic igiſ facies in ea: ut amabis: aut quod contentus ſum diliges. & i viii. Lu. Clodius tri. plæbis designatus ualde me diligit: uel (ut uerius dicã) ualde me amat

Idem ad Dolobellam. Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebā posse aliquid accedere: tantum accessit ut mihi de nique nunc amare utdear antea dilexisse. N.

Diloricare dictum est scindere. Ci. de orato. li. ii. qui in causa peroranda non dubitauit excitare reum consulare: & eius diloricare tunicam: & iudicibus cicatricem aduersam senis Imperatoris ostendere. No.

Diminuere in uerbo deintegrare.

Dimittere permittere: in potestate dare. M. T. de repu. li. i. Tum annui consules cū dimissi populo fasces. No.

Dimittere est relinquere. M. T. ad Cæsarem li. iii. quem sibi uideres non de exercitu retinendo fuerit: sed eo tradito aut dimisso. No.

Dimittere dare. Virg. geor. Dimissaq; ab Ioue gentis nomina. No.

Dimittere mittere. Vir. æne. li. i. Equidem per littora certos dimittam. Do.

Dimitti exercitus dicit: uel pace facta: uel uexatis hostibus. Teren. in eu. iam dimitto exercitum. Do.

Dimidiatum est in partes duas diuisum.

Dimidiatū ergo nisi ipsum quod diuisum est dici haud conuenit. Dimidium uero est nō quod ipsum dimidiatū est: sed quæ ex dimidiato pars altera est: cum igitur parte dimidiam libri legisse uolumus diceret aut parte dimidiā fabulæ audiuisse. Si dimidiam fabulam aut dimidium libꝝ dicimus: peccamus Totū enim quod deest dimidiatū atq; diuisum est dimidium dicis. Au.

Dimissum abiectum. M. T. de offi. li. iii. perspicuum est enim ea quæ timido animo humili dimissa fiant. N.

Dimissum humile miserandū. Virg. æne. li. iii. Deiecit uultum & dimissa uoce profat. Lu. li. xxvii. nō est ausus elate & ample loqui humiliter dimisseq. No.

Dimēsum serui quaternos modios accipiebāt imense frumenti: & id dimensum dicebatur & urge a mense: uel a metiendo incertū est. Ter. in phor. Quod ille unciatum uix de dimenso suo suū defraudās geniū cōparsit miserat illa uniuersum arripiet. Do.

Dinales sunt auium genus: quas ægyptii interpotandum cum coronis deuincire soliti sūt quæ uolitando morsicando q; & cātando assidue nō patiūtur dormire potantes. F.

Dii patrii sunt qui singulis ciuitatibus præsūt ut Minerua Athenis: luno carthagini. S.

Diis diutinis ac iugibus. Var. honos lyras. Sol hormoge quadam gubernans motibus diis uiget. Nonius.

Dimicare & certare.

Dimascus mons est in Mycone insula.

Dimidia pars bonorum continetur: si non sit specialiter facta partis mentio. Vl. de usu.

Dimissoriæ litteræ sunt: quæ uulgo apostoliæ dicūtur: dimissoriæ autem litteræ q; per eas causa ad eum qui appellatur dimittitur. Modest. de uer. signi.

Diminutio capitis est prioris status permutatio. Id multis modis fieri solet: uel maxima: uel media: uel minima. Boetius in commentario topicorum Ciceronis. Maxima est cū libertas & ciuitas amittitur: ut deportatio. Media uero in qua ciuitas amittitur retinetur libertas: ut in latinas colonias trāsmigratio minima: cū nec ciuitas nec libertas amittitur: sed status prioris qualitas immutatur uelut adoptatio: aut aliis huiusmodi modis

Dimouit eiecit remouit: ut emoti procūbunt cardine postes. Hor. lib. car. Ramiq; claufit & uaganti fere leges dimouitq. Acron.

Diomedes promontorium in dalmatia est.

Diotheca diuisio quæ fit in cubilibus ex aleis uel aliter.

Dyota est uinarium uasculum. Hora. lib. i. car. Deprome: quadriuium balina ocaliarce merium dyota. Acron.

Dyota amphora ex cuius ansæ uelut aures sint græca appellatione dicta. Hor. i. car. Atq; benignus deprome & cæ. Por.

Diomedis templum in sinu aquileiæ est. Stra.

Diomedeæ insulæ sunt in sinu aquileiæ. Stra.

Diocles proprium significat Iouis gloria a Pisarcho Peparetus dictus in uita Romuli.

Diocleus idē significat: Orsilochi filius ex phera loco omnibus necessariis abūdans ab Alpheo genus ducens. Ho.

Dionysius cur patrem liberum: an quod bibētibus libertatis causa fit. Fiunt enim plerīq; ebrietate petulantiores: an quod libationem præbuit: an sicut Alexander dicit quod pro Boetiæ libertate pugnauit: Dionysium liberum dictum fuisse putandum est.

Dion syracusanus hiparmi filius: de quo æmilius probus dues: docilis amicus Platonis alter. Tor.

Dion prusæus orator: cui chrysostomo cognomen fuit. T.

Diogenes de quo La. & in epis. plura & quinq; fuerunt: de quo intellexit Iuue. q; semper fieret errores hominum: nescio fortasse de stoico de seleucia. T.

Diomedes Rex ætoliæ Tydei & Deiphilæ filius: qui Troia rediens cū uxore Naupli patris palamedis hortatu Cilleboro filio Stheneli hæsisset: ut pudore uel non receptus in Apuliam uenit: cuius partem cū dauno fortitus est. Inde diomedæa ab ipso dicta insula propinqua sepultus, Alter Rex thracum

ſæuiſſimus. In accuſatiuo ſingulari diomedem. Virg. in. xi. Vidimus diomedé argiuaq; caſtra.

Diomeda Phorbantis filiate Leſbo ab achille abducta: & poſt Briſeida habita. T.

Diomeropus Adraſti pater & Amphii. T.

Dione nympha Oceani & tethyos filia a Ioue cõpreſſa: & Venerem peperit. aliquando pro uenere: inde dionæus. T.

Dionyſius ꝓprium nomen bacchi ab Ioue & Nyſa q̃ ſuſminata matre ad antiú Nyſæ urbis inter Arabiá & ægyptú Mercurio dedite deferendú nymphis ægyptii eũ ſibi uẽdicãt & ſuũ dicunt oſtiridem: quem docuiſſe arare & plãtare uites: Indi apud ſe natũ dicũt. græci apud ſe: & ubi nõ eſſent uites: dicũt ex ordeo potũ docuiſſe exercitũ in peragrãdo orbe nõ uiroꝝ: tantũ: ſed mulieꝝ duxit. Vnde bacchantes mulieres thyrſum ferunt: ténio iunxit primus boues: unde cũ cornibus fingitur habet muſas & uirgines: & ſilenũ pædagogum: qui in bello plurimum profuit armis: & pardaloꝝ pellibus utebat: in pugna ĩ pace delicatis. Alius fuit dionyſius Siciliæ tyrannus uir clariſſimus præterquã regis cupiditate crudeliſcuius filius turpiſſimus pulſus eſt.

Dionis dictus eſt ſimili nomine educés ius: q̃ nos die & luce quaſi uita ipſa afficeret & iuuaret. A.

Diobolares meretrices dicũtur: quæ duobus obolis ducuntur. Fe.

Dio. i. cælo. nam ſub dio. i. ſub cælo. Cælũ græci dion dicunt: & ita declinatur: hoc diũ huius dii: huic dio: & hoc dium ab hoc dio: unde dialum prætorem dicit ſub dio græce: latine ſub Ioue: ut Hora. manet ſub Ioue frigido uenator tenere cõtugis imemor: ideo autem ſub dio. i. Ioue: quoniam luppiter græce declinatur ΖεῦϚ ΔίοϚ.

Diomedea inſula: i qua diomedes eſt ſepultus excedens Italia. Fe.

Diomedis campi in Apulia appellantur q̃ ei ĩ diuiſione regni quam cũ dauno fecit ceſſerunt. Feſtus.

Dionyſius ait Orpheus uates ſolem dici q̃ circunferat in ambitũ. Vnde cloátes ita cognominatũ ſcribit: qa quottidiano ſpetu ab oriente uſq; ad occaſum diẽ noctemq; faciédo cæli conficit curſum phyſici: quia ſolẽ mundi mentẽ eſſe dixerunt. Ma. de ſa.

Diox genus piſcis frequens in ponto. Fe.

Diphthongus. i. geminus ſonus. nam phthongos ſonus dicitur: ideo autẽ geminus ſonus quia cum ſint duæ uocales duos ſonos efficiunt: quorum ſingulæ ſumi faciunt ãte ultimam e nũq̃ coit in diphthongon: in dicti one latina a uero aliquando: ut laus: In græ. aliquando diphthongus Tydeus. Orpheus. Omnis genitiuus & datiuus ſing. & nominatiuus & uocatiuus pluralis primæ declinationis diphthongo terminatur: a nulla in œ. æ in primis ſyllabis: in latinis non eſt ante a In græcis æas fluuius. Neq; ante. b. &. c. f. h. l. p. &. o. In græcis œlus.

Aedes ab edo ſine diph. q̃ in ea ſacrificãtes ædem conſueuerunt ſecundum Var. &. S.

Aeſculus etiam ab edo.

Celatum abſconditũ a celo ſine diphthongo.

Aeditui a ſacris ædibus: quas tuentur dicti.

Aeditimus uiderur ea forma dictus qua finitimus: & is dicit qui ædibus præeſt: ut claſtritimus q̃ clauſtris ianuæ præeſt. Vide. A. G. inde editimor. Pom. in athellana q̃ poſtq̃ tibi appareo atq; æditimor ĩ templo tuo. T.

Aedituentes pro edituos. Lucre.

Aediles. Pomponius iuriſconſultus.

Aediles duo ex plæbe conſtituũtur qui ædibus præeſſent: i q̃bus omnia ſcita ſua plæbs deferebat.

Aedilitas ædilitius: ædiſcor: ædificium.

Aedepol iurandi per ædem pollucis.

Aeger ab ago per antiphraſim: q̃ actiõe uacet uel quod acrius agit.

Aegroto ægrotus.

Aegi præteritum. Aemulor ab amor: unde accipit primã uocalem. nam & amare ſignificat inuidere per antiphraſim.

Aeneus ab ære. Aeneum ab ære etiam: ſed diuiſis ſyllabis: uas eſt quo calefit aqua gelida quod Gellius per interpoſitã aſpirationem ahenia. ut Vir. emendatum fuiſſe refert.

Aequus. i. iuſtus & planus ab aqua ſecundum quoſdam q̃ æquam ſuperficiem habere uidetur: æquo æquitas.

Aequor item ab aqua: ſed quia æquam habet ſuperficiem: ut æquora campi & ponti: & de riuata ab æquo.

Aero ras: unde ſubæro ærarium: inde tribuni ærarii a tribuendo ære.

Aeripes ab eo quod é aer: & pes ſine diphthõgo. Tamen Vir. ſyneræſi fecit. Fixerit æripidem ceruam in. vi.

Aes ab aſſe uel auri ſimilitudine: uel ab αἴθω: eſt terra, Aeſtas & æſtus: & hinc deriuata ab areo a quo primum a ſumunt æſculus ædo ætas & æternus ab æuum: unde ætas q̃ſi æuitas. Aeuum ab αἰὼν.

Amœnus ab amando: amœna loca quæ ad ſe amanda alliciunt. Ser. ab a & mœnio. i. munio & fructum capio: quia tantum iocunda ſine fructu.

Bælua uel a uaſtitate: uel a ualentia: uel ab ala tu a principali primam uocalem traxit.

Arcæra ab arca plostrum tectũ undiq; tumen
tum a iungendo uectabulum iunctis peco-
ribus. A. G.
Blæsus a blactero: imo ꝙ græ. βλαισὸσ dr.
Cæcus. i. captus oculis uel carens.
Cædo pro incido cecidi. Cedo locũ do cessi.
Cedo pro dic prima breui. luue, cedo si breue
parui.
Cælo pro sculpo: quidã latinũ esse ꝛa κοιλον,
quod significat concauũ deriuari uolũt. cæ-
lum quasi sculptum. Var. a cauo.
Cælsus a cælo cælebs qui cælestem uitã ducit
Vir. in buc. uel cælo dignam canimus secũ-
dum Quintili. Cælibes quasi cælites græce
οὐδεὸσ: sunt autẽ qui carent uxore uel fem
pernel nunc: quia saturnus uirilia Cælo Pa-
tri abscidit inde cælibatus. Cælebs. & mari-
tus relatiua: ut Quintil.
Cæpe a capitis magnitudine.
Cæpi a capio. Cæptus & deriuata a præsenti:
Cœpi a coepio ãtiquo uerbo. cæra uel a græ
co quis careat diphthõgo apud græcos: uel
a carentia mellis.
Cæsaries a crebra cæsiõe. Cæsar a cædo: idest
cæsa matris aluo & omnia a cædo.
Cætera uel ab alter: uel ex ἑτέρου aspirant in c
quidam græcam secuti ætymologiam cæte
rus dixerunt græce.
Clæmens a claritate mentis: uel cælinens.
Cœnum a κοίνω inquino.
Fœcundus qui facit fructum fæx: ut i datiuo
differat a uerbo: Frægi frætus: ut i obliquis
differat a fretum. ti.
Frænum a frangẽdo. Ho. Item fræsus fractus.
unde faba fræa: a frendo tamen deriuatur
fresus.
Fœdo quasi foras edo: nam fœda uel corporis
uel animi foras edũt. unde fœdare foras da-
re. Vir. fœdare latebras.
Fœdus a ferio uerbo breui ut lõga esset addi-
derunt o ne a facio putaretur: de quo Li. pri
mo ab urbe condita: quod porcum ferirent.
Fœmina fœto as. fœmina in plurali a fœmen
quod nõ est in usu: pars mollior coxæ retro
anterior fœmora: & fœminalia quasi fœmo
ralia. Vertebrum quod quotiens uiciatũ est
aut os quod in uertebro uoluitur fractũ co
xa uiciata fractaue dicitur.
Fœnus a fundo: antiqui fundo proprie puen-
tus ex terra. inde ad usuram quasi sicut terra
fructum pecunia producat: uel a fœtu secun
dũ Var. fœnero tibi ut mutuo. Fœnũ quod
sine cura fœnus præbeat.
Fœtus a foueo ꝙ ipsum nascitur: & fœtura ꝙ
animalium prouentu & fœto uerbum.
Fœta prægnans & quæ peperit.
Gæsa genus iaculi.
Græcus & omnia deriuata.
Hæc ab addita c hæ in plurali, græ. ai. hæus
secundum Varro: ab edo ad differentiam in
quibusdam casibus: uel a fabinis qui fœdus
fine o dicebãt ꝙ f in h aliquando uerrimus
ut fædus: hædus: fircus: hircusue fere uehe-
re.
Hæreo ad differentiam herus ri ro. here & æs
æris hæres tamen ꝙ bona alteri hæreat: hæ-
sito: iæci a iacio.
Lætus a latitudine mentis. Var. Quia aspectu
facit: quod & ad corpus in sensu carentibus
transfertur & passiue lædo læsi lætamen: ꝙ
lætas facit segetes limus.
Mæreo a marceo: uel ad differentim mereo a
mercede: & etiam milito significat.
Mereor antiquitus passiue nunc deponens
Mœstus a mœreo & mœret impersonale.
Mœtor mœnia & muri & ædificia quasi mu-
nia: ubi nos u græco. ou posuerũt: ergo pro ou
oi: ut pœnio punio a pœna: & pœnica regna
uides & Mœrus antiquitus ꝑ nurus. Virg.
Aggeribus mœrorum obseruasse dicunt.
Næ pro utiq; de qua alibi.
Nænia a nanus quasi parua & friuola: uel ab i
ani.
Obscœnũ uel ab obs & cœnũ: uel ob & fœce
na quasi qualia fiunt in fœcna.
Pægi a pago uerbo antiquo. Plæbs a pla-
sion pluralitas: ꝙ non nisi in compositione
apud græcos fueniturut palaplasion: plæbs:
bis: & plæbes secundum Pri.
Plærus a pleros: qđ nõ ẽ i usu: nimo a πλέοσ.
Præ a præsi græ. & oia composita præter pre-
ces precium precor: non hinc ueniunt.
Præbeo trado ex præ & habeo: nam primum
habet præcox fructus: uel præter more co-
ctus: uel ante cæteros: qđ præcoquus qua.
Martialis præcoqua dixit. Præco & qsi præ-
eino. Præcipio ex præ & capio. T.
Præda prædatũ ante dationẽ possidentis: uel
a pariendo quasi paridam. Var.
Prædiũ a prædando capti agri militibus distri-
buebantur. Prædor præliũm: ꝙ humo
re fluenti præluatur. i. madefiat.
Præliũ a præliando: quia ut inde humor uuæ: uel
oleiitia ex prælio sanguis hominũ funditur.
Præripio in meos usus capio eripio potest nõ
in suos: ut eripio uitam illi.
Præs a præstando fidem.
Præpucium quod membris putẽtibus uel pu
tientibus præmineat.
Præsideo præsum quasi ad opẽ præstandam.
Præses a præsideo: qui post principẽ est & au-
xiliator. Præsidium principale auxilium
Subsidium quod subsequitur.
Præsul primus inter ꝑlios ãtiqtus a præsiio.

Præsto adsum ſũgitur fere ſubſtantiuo uerbo præsto ſum: præsto adsum magis poeticũ ſignificat præſes ſum: & præſideo & aduenio uel cõpareo. Prætor a præeũdo q̃ſi præitor.

Pœna græcum: a quo Vir. pœnicus ca cum ſe cundum Ser. x. pœnitet a punio.

Pomœrium quaſi poſt mœrium. Liuius: ſed pomerium non pœmœrium dicimus.

Pomariũ uero a pomis locus conſitus: uel pomorum repoſitorium.

Pomeridianũ a poſt & meridie.

Quæ relatiuũ: & compoſitam: ut quæuis quæq;

Quæro ex quæ & res: quærere enim quæ res ſit: uel ad differentiã in paſſiuo queror. quæ ſo quæro.

Ræte a rapio. Rhæda.

Sæculũ a ſequor uel ſene: quod placuit per æ ſcribi qua rem productam ſignificat.

Sædo quaſi ſanũ do: ut cõpoſitio ſignificetur.

Sæpe aduerbium: ut a ſepe differat.

Sæuus a ſæuola a ſæua. i. ſiniſtra: q̃ ſiniſtra auſpicia bona: inde ſæuum omen. Var.

Tæda a græ. Ταέδι luminare. Væ interiectio ut a cõiũctione differat. Væneo: ut a uenio in ſecunda perſona. & uenãne differat.

Vænundo & uændo a uæniũ & do. Vt ſædi a ſedeo dæmũm a decẽ: quod quaſi ſit numeri finis: & dæniq; a denus: ſed non obſeruat niſi in ſæculum. Tor.

Refert Varro opinione quorũdã oia longa a breuibus diphthõgãda: ut ſædi a ſedeo: dæmũ a decẽ: quod q̃ſi ſit numeri finis & dæni que a decẽ: ſed nõ obſeruat niſi i ſæculum.

Dipſas genus ſerpentis: cuius morſus hominẽ ſiti necat.

Diploma duplex locutio: duplex ueſtis & codicillus.

Diſcinctũ dicimus negligẽté & ꝓditũ: ut Horatius. diſcinctus ut ꝑdã nepos uel diſcinctũ obeſũ & uenenoſum luxuria: quæ cingi nõ poſſit.

Dipyron & dipyrum bis combuſtũ: præterea erat inſtrumentum quo pictores utebantur ut ſcribit Plinius.

Dirce ſons thebanus eſt: & thebe patria duorũ numinũ: ut ſcribit Pli. herculis & bacchi.

Dyrrachium urbs quæ prius dicta eſt epidamnus & cherroneſſus.

Diploma codicillus. Cicero ad Appium. diploma ſtatim non eſt datum: quia mirifica eſt i probitas in quibuſdam. Eſt autem uo cabulum græcum. Ser.

Diplomatibus conſulunt ſolẽ ægyptii. i. ſimulacrum ſolis diplomatibus conſignatis. Macro. de ſa.

Diptetiæ quædã nationes ouiũ capraruq; pellibus ſunt ueſtitæ: & in gætulia & Sardinia: cuius uſum apud antiquos quoq; græcos fuiſſe apparet q̃ i tragœdiis ſenes ab hac pelle uocantur dipteriæ: & in comœdiis qui i rustico opere morantur: ut apud Cecil. in hippobolima. & adoleſcens habet apud Ter. in heau. Senex condetur. Var.

Dipelus frater Scyli in Creta geniti ambo primi omnium clari in marmore ſculpendi ante Cyrum. Pli.

Dipſas ſitis ponitur pro ſerpente: cuius morſus ſitim inducit maximam. T.

Dirigere apud Plau. iuenif pro diſcindere. Fe.

Diritas. M. T. de ſene. in altero diritas.

Diriſſimum ſeueg. Var. i bimar. Sæua quem ſenem latina uidit diriſſimum. No.

Dirus pprie ex deog: ira dicif. Vir. æn. ii. quæ mens tã dira miſerrime cõiunx: impulit his cingi telis. i. mens ex deog: ira infuſa. Ser.

Dirus magnus. Vir. li. viii. Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes dira loci. Ser.

Dirus dei ira natus. Fe.

Dirum eſt triſte infeſtum quaſi deog: ira miſſum. Vir. geor. li iii. Priuſquã dira per incautum ſubeant cõtagia uulgus. No.

Dirunt iunt depurgant. Fe.

Dirutũ ære militẽ dicebãt antiq: cui ſtipẽdiũ ignominiæ cauſa non erat datũ quod æs diruebãt in ſiſcũ: nõ in militis ſacculum. Fe.

Dirce babylonia quæ cũ Palladi de forma cõuiciaret: & ſe in ſtagno palæſtinog lauaret i piſce uerſa eſt: cuius filia ſe ſuſpendere uoles in columbam uerſa eſt. Oui. in quarto. Altera lyci thebag regis uxor relicta Antiopa a Ioue grauida in ſatyri formã dirce ob ſuſpitionem eam in carcerem miſit. Iuppiter ſub partu eam eduxit: & in citherone peperit: q̃ filii inde lycum interimerent & dircẽ tauro rum caudis diſtrahendã alligarunt: quæ ad fontẽ uſq; pertractata in fontẽ fui nominis uerſam fingũt poetæ: a quo dircæus aonius uel thebanus. Tor.

Dyrrachium epiri urbs prius dicta epidãnos. Dis ditis facit dites: diues diuitis diuites. Te. i adel. dis quidem eſt demea. Do.

Diſcedere hiare diuidi diſtẽdi. M. T. de offi. li. iii. Hinc ille gyges iducif a Platone: q cum i terra diſceſſiſſet magnis quibuſdã imbribus Siſen. hiſto. li. quarto. Armati dextera ducti magniſq; ualetudine diſcedunt. N.

Diſtendo impleo. Vir. æne. i. & dulci diſtẽdũt nectare cellas. Ser.

Diſcere eſt ignotam rem meditando aſſequi. Luc. li. ix. Diſcere laborare ne res ac ratio ipſa refellat. Virg. lib. xii. Diſce puer uirtutem ex me. No.

Diſcere tentare. Vir. li. v. Fractis diſcẽtem currere remis. Nonius.

Discerniculum quo discerniſ capillus.V.
Disserit disputat.nam ut olitor disserit i areas
sui cuiusq; generis res: sic i oratore qui facit
disertus dicitur.Va.
Discludere cum durare solū & discludere ne-
rea ponto Cœperit. ferit aures nostras: hoc
uerbū discludere ut nouū: sed prior. Lucre.
& discludere mundū.Ma.de fa.
Dissentaneū discors & dissentiens:ut cōsenta-
neū cōtra Nigi.eū locū facit dissentaneū.N.
Disertiones diuisiones patrimoniog; inter cō-
sortes.Fe.
Disertus a disserendo dictus.Fe.
Disertim pro diserte dixerunt antiqui. F.
Disertim dicere plane palā:Luci.autore:possu
mus i uelsterna.Habui recte disertim. Plau.i
stico.fuit disertim id usu prodidi.N.
Dissimulo quæ nō sunt:simulamus nota. Sa.
simulator atq; dissimulator.Ser.
Diserte ex consuetudine dicit. Afra. auctore i
diuor.q; uult diserte pactū ac dictum.
Disiunctum est aut malū est uoluptas;aut bo
num.A.G.
Disiungi & segregari differūt: proprie enī dis-
iungi ab uxore quis dicit segregari a meretri
ce.Teren.in ecy. Vt hæc nunc Pamphilū ab
se segregarit.Do.
Disciplinosus etiā pessima arte potest dici. Ca
to de re mili.,Quē gladiator disciplinosum.
Nonius.
Discorditas pro discordia. Pacu.in hermiona.
Quantāq; ex discorditate cladem in partem
familiæ.No.
Dispalare est separare.Sisen.histo.li.iii.Dispala
ti ab signis digressi omnes:ac dispari. Idem
Tanto plures passim dispalantur.N.
Dispensator seruus erat:qui curā habebat rei
domesticæ.Pli.seruus eius nomine rotūdus
dispensator.Tacitus:dispensator argius e pri
moribus seruis:græce appellat œconomus.
Dispēnere est expandere: tractum a pennis &
nolatu auium.Plau.in milite: Vbi lubet dis-
pēnite hominem diuersum & distendite.N.
Dispensatores dicti qui æs pensantes expende
bant:non numerabant: hinc deducuntur ex
pensa siue dispensata uel compensata.Itē cō-
pendium dispendium assipondium dupon-
dium.Fest.Pom.
Dupondium est parua pecunia.
Dispendium ideo q; in dispendendo solet mi-
nus fieri.Varro.
Dispensator ab ære pendendo in tabulis scri-
bimus:expensum & prima pensio;aut secun
da aut alia.Varro.
Dispicere est prouidere & mente circūspicere
& rangē in omnem partem lumina mentis i-
tendere:omniaq; discernere; a quo dispicien
tia dicta est.Circunspectio & prouidētia uel
consideratio diligens.L.
Disertus qui probe disserit:non qui deseritur
Disturbare quære in uerbo deturbare.L.
Dissuadere quære in uerbo psuadere.Lau.
Dissoluere æs alienum est restituere æs quod
quis contraxit.Lau.
Discere est ut intelligas: ediscere ut memoria
complectaris.Quintilianus: ne oia quæ scri
pserint ediscant.
Dedisco quod didici obliuiscor.
Dedoceo te quod doctus es:ostendendo falsū
esse:docens quod uerum est . Idem & quidē
prius ac difficilius opus deducendi q̄ docen
di. Lau.
Disiunctiuum est ueluti cū dicimus. Aut dies
aut nox est:quoꝝ posito altero necesse ē tol
li altez.Idem subiato altero poni altez: ita
simili figuratione;unum potest esse subdiſſi
nitum.Subdisiunctiuoꝝ autem genera sunt
duo:unum cum ex propositis finibus ita nō
potest utrūq; esse;ut possit neutr̄ esse:ueluti
cum dicimus:aut sedet:aut ambulat: nam
ut nemo potest utrūq; simul facere:ita aliqs
potest neutrum esse:ueluti cū dicimus. Om
ne animal:aut facit:aut patiē nullū est:quod
nec faciat nec patiat:ita potest simul & face
re & pati.Proculus de uer.sig.
Discus est genus ludi:antiqui dicebāt certi pō
deris discum quo iuuenes i angone contēde
bāt fortior uindicandus: qui cum ultra desi
gnati spacii proiecisset: ita & missilibus cer-
tabant.Ho.li.car.Sæpe disco sæpe trans finē
iaculo nobilis expedito. Acron.
Discinctus dissolutus. Hor.ali.car.Discinctus
ut perdam nepos.Acron.
Discinctus dissolutus. Persius . Non pudet ad
mortem discinctī uiuere nactæ.
Dis :hic & hæc dis huius ditis: unde hi hæ di-
tes & hæc ditia:cuius nominatiuū singulatē
in usu non inueni:debet tamen secūdū ana-
logiam hoc dite esse:nam i his finiri neutrū
potest.Luca.Non illic libycæ posuerunt di-
tia gentes templa.Pri.
Dispesco dispescui qualiter ponit Apuleius in
lib.qui est de deo. Socratis cum etiā habita-
cula summa ab infimis tanta intercapedine
fastigii dispescant pro distent.Pri.
Discordia est discrepatio aliquoꝝ;quos amo-
ris uinculum colligauit.
Dis pro ualde:ut discedet.
Discus uas latum ad portandas carnes aptum
ut ostendit Iulius pollux forte lanx:ad cuius
similitudinem lapis:quo antiqui corpora ex
ercebant:discus uocabatur.
Dysenteria intestinoꝝ exulceratio;dys in cō-
positione semper malum.T.

Dysphilus quasi malus amicus ficticiũ nomẽ. Iuue. protogenes aliquis uel dysphilus.

Discolus malus pernicioſus χολὴ bilis. T.

Dispondæus per quattuor longas.

Distichus geminus uerſus. T.

Diſcernere eſt inter duas partes: cernere uero inter multas.

Diſpeſcere ẽ, pprie pecus a paſtore deducere & cõpeſcere una paſcere: & in uno loco cõtinere. Feſtus.

Diſpicere diligenter inquirere dicimus. S.

Diſputatio & cõputatio ex præpoſitione putã di: quod ualet purũ facere. Ideo antiqui pugnarium appellauerunt. V.

Diſputare is ſermo in quo pura diſponũt uerba ne ſit confuſus: atq; ut diluceat dicit diſputare: quod dicimus diſſerere. Var.

Diſpulchrare eſt diſſoluere. Neuius in gymnaſtico. Saxa ſyluas lapides montes diſiicis diſpulchras. Nonius.

Diſquamat ſquamis expoliat. Plau. i aulu. Dromo diſquama piſces tu machærio congrũ. Murænã exdorſua q̃tu potes. Lucil. ſa. li. vii. Subulor diſquamor punicor ornor expulor pingor. N.

Diſcrimẽ periculũ. Vir. æne. i. per tot diſcrimina rerum tendimus in latium. N.

Diſcrimẽ diuiſio ſepatio. Ci. de finibus bonorũ & malorum. Homo & acutus & diligens chryſippus nõ cõtẽnit: totũq; diſcrimẽ ſumi boni i ea rege cõparatione poſitu putat. N.

Diſcrimẽ ſeparatio: a diſcernẽdo: unde diſcerniculũ dicit acus: quæ capillõs a media frõte diſſeparat. Salu. hiſto. li. i. Serrorius fortis turba morãtibus: & nullo i terrore ſolet generis & ſperti diſcrimie p calonũ corpora ad mediũ ſili deinſup aſtantiũ manibus in murũ attollit. Vir. æneï. li. i. Tros tyriuſq; mihi nullo diſcrimie agef. M. T. in phi. li. iii. hetruriam diſcriminat Caſſius Luci. li. xxx. & amabat oẽs: nã ui. diſcrimẽ nõ facit neq; ſignat linea alba. Nonius.

Diſcrimen certamen. Vir. li. v. Poſt hos æquo diſcrimine piſtris. Centauroſq; locum tẽdũt ſuperare priorem. N.

Diſcriminare diuidere: unde & diſcrimen capitis mulieribus dicitur. Virg. in. xii. Lucet uia longo ordine flammæ: & latos diſcriminat agros. Ser.

Diſcrimen differentia. Vir. in. x. At nunc dura dedit nobis diſcrimina Pallas. S.

Diſcrimen interſtitium ſpaciũ diſtantia. Vir. li. x. Sed certior auctor aduolat: æneæ tenui diſcrimine læti eſſe ſuos. S.

Diſcrimen pro interualio. Virgil. æne. iii. Interutrãq; uiam læti diſcrimine paruo. S.

Diſtrahere eſt uendere. Lucil. li. xxx. Diuidant diſcernant diſtrahant. No.

Diſtrahere ſeparare. Teren. i phor. Quod ſi comeæ fortunæ redeunt phanũ ut abs te abſtrahat. M. T. in phi. li. ii. quod primum hæc natura cohærẽtia opione diſtraxiſſent. Varde uita pa. li. iii.

Diſtractione ciuium elãgueſcit proprium bonum ciuitatis: atq; ægrotare incipit & conſenescere. N.

Diſtrahere eſt diuidere diffundere. Virg. libro ſexto. Turbatis diſtractus equis. Varro de uita patrum libro primo. Metium ſuſſectium propter perfidiam interemit: pene imperioſus: quia humanus. nam equis ad circuli ex utraq; deligatis diſtraxit. N.

Diſcrepuit, p diſcrepauit. Ci. de ora. Nihil ſane ad rẽ pertinet: ſi qua in re diſcrepuit ab Antonii diuiſione. N.

Diſtiſum pertiſum: quod nũc diſtẽſum & pertẽſum. F.

Diſtineo arceo repello extraho. Vir. xi. Dũ diſtinet hoſtem agger murorum: neq; ſundãt ſanguine foſſæ. Ser.

Diſtorquere illi os dicimus: quẽ nã pulchrum deturpamus. Ter. i eunu. Ah illud uide os ut ſibi diſtorſit carnifex. Do.

Diſtribuere in diuerſa tribuere. Ter. in adel. id diſtributum ſane eſt ex ſententia. Do.

Dithyrambus quem græci ferunt primũ eſſe ciſſe & docuiſſe.

Ditrochæus ex duobus trochæis. Te.

Dichyrambus uir theſpius: a quo genus illud uerſuum. T.

Diuaricari diſtẽdi dictum eſt ab his qui uitio naturæ ita ſunt pedibus diſcretis: ut eos i diuerſum habeãt ſeparatos. M. T. de ſignis. Sepatrum hominem ſummum ac domi nobilem ſummo magiſtratu præditum diuaricari ac deligari iubet. No.

Diuerticulũ eſt ubi iter de uia flectitur: & ppprie quia diuerticula dicuntur in uia domiciliaad quæ deſtinere diuertendũ ſit. Te. in hea. ubi ad ipſũ uenio diuerticuli cõſtri. D.

Dies a diuo qui ut deus nihil indigere uidet Varro.

Diuerſoria dicta ſunt hoſpitia a diuertendo. Ci. de orato. li. ii. Qui eſcam in Cæſaris ſermone quaſi i aliquo opportuno diuerſorio. Nonius. Mar.

Diuidicula antiqui dicebant: quæ nũc ſunt ca ſtella ex quibus a riuo cõmuni aquã quiſq; in ſuum fundum ducit. Fe.

Diuidicam diſcordiam. Fe.

Diuiditi a diuiſione ad dimenſionem dicimus Ter. i adel. Diuidum face. i. diuide. No.

Diuitant pro diuites faciunt. Acci. in aſtyanacte. Nihil credo auguribus qui aures uerbis

diuitant alienas:suas ut auro locupletent domos . Turp.in tranſlione . Dii me diuitant. Nonius.

Diuidos ſeparatos. Actī.in andro. Noſcq; ut ſeorſum diuidos læto offeres.No.

Diuidia eſt tedium. Actī.in armorum iudicio Huius me diuidia coegit pluſquam eſt par loqui.Turp.in epi.Sperabam conſilia ueſtra diuidiæ tibi cum ætas acceſſit non fore.Nonius Mar.

Diuitior.Cicero de oratore libro quarto:Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambos. Nonius.

Diuidiæ ut diſſenſiones. Actius in phœniſſis. Ne horum diuidiæ & diſcordiæ diſſipent & diſturbent tātas ac optimas ciuium diuitas. Nonius.

Diuidiana appellata diana.V.

Diuiſores omnium tribuum:quos Plau.magiſtros curiarum in aul.uocat his uerbis.Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ diuidere argentum.legitimos habent oēs tribus diuiſores ſuos. Aſco.

Diuerticula in uia domiciliaad quæ itinere diuertimur. Liui.libro primo. Cum gladii abditi ex omnibus diuerticuli locis protrahe rentur:inde diuerſoria: ut idem:in diuerſorium eius uim magnam gladiorū inferri clāſſineret.

Diuortium uel a diuerſitate mētium dictum eſt:uel qua in diuerſas partes eum qui diſtrahunt matrimonio.

Diuinatio Aſconius Pedianus putat diuinationem dici quod in iurati iudices in hac cauſa ſedeant:& quod uelint præſenti de utroque poſſint alii q; res agatur ſine teſtibus & ſine tabulis: & his remotis argumenta ſola ſequā tur:ut iudices quaſi diuinent: de hac ne lege Aulum Gellium & Fortunatianum & noris alia.

Diuortium eſt rerum omnium ſeparatio.Ci ſi orato.li.iii.Sic e cōmunis ſapientiæ iugo fūt doctrinæ: facta diuortia.No.

Diuortia nō tantum coniugii diſtractionem ſed etiam omnium inflexiones: quæ a recto deprauantur.Virg.in.viii.Obiiciūt equites eſſe ad diuortia nota.N.

Diuortium ex eo dictum eſt quod in diuerſas partes eunt qui diſcedūt nō recte enim ſponſa diuertiſſe dicit.Ser.

Dius generoſus a loue uel deo ortus.T.

Diuorti morte captiuitate uel alia contingente ſeruitute utriuſq; eoq; diriminū matrimonium.Pau.de diuor.

Diuortium: uel a diuerſitate mētium dictum eſt:uel quia in diuerſas partes eunt q diſtrahunt matrimonium.In repudiis autem.i.renūciatione ſunt hæc uerba.Tuas res tibi habeto.Item hæc:tuas res tibi agito.In ſponſalibus quoq; diſcutiendis placuit renunciationem interuenire oportere:in qua re hæc uerba comprobata ſunt:conditione tua nō utar Pau.de diuor.

Diuortium inter uirum & uxorem fieri dicit repudium uero ſponſæ imitti uiderur quod & in uxoris perſonam nō abſurde cadit.Modeſti.de uer.ſigni.

Diuortium inter & repudium hoc intereſt: q repudiari etiam futurum matrimonium poteſt:non autem recte ſponſa diuertiſſe dicit q diuortiū ex eo dictū eſt: quod in diuerſas partes eunt qui diſcedūt.Pau.de diuor.

Diuinitus ex dei mente factū : diuine uero cū laudamus.

Dyobolares dicūt uiliſſimæ meretrices : quæ ſub duo paruo ſtipēdio pſtant:ficur Parmatius air.dyobolare pſtibuli quæ ego ad tutū ut dicentē percita cedā.Nā & Pacu.ait.Similiter nō ego ita fui ut nūc ſunt meretrices dyobolares:quæ ſua corpora nūmi cauſa patua perdūt. alii a duobus obolis ducunt.

Diuortia diuerticula ſunt ſemitæ tranſuerſæ: quæ ſunt alteræ uiæ militares.Virg.lib.viii. Obiiciunt equites eſſe ad diuortia nota: hic atq; hinc.Ter.i eu.ubi ad ipſum uenit diuerticulum.Ser.

Diuos uocamus ex hominibus factos quaſi q dem obierunt:unde & diuos Imperatores dicimus.Lege ſupra deos.Ser.

Dium antiqui ex græco appellabant a deo ortum & diurnum ſub cælo lumē ζεὺς Διὸς unde adhuc ſub diuo fieri dicimus quod non fit ſub tecto:& interdiu cui contrarium eſt ternoctu. Fe.

Dium fulgur appellabāt diurnum: quod putabant louis & nocturnū ſummanū. Fe.Pom.

Diu pro die:unde & interdiu dicitur. Titin.in fullonibus. Nec noctu nec diu licet fulloni bus quieſcant.Plau.i mercatore. Noctuq; & diu ut uiro ſubdola ſis.Idem i aulu.Nec noctu nec diu quietus unq eam nunc dormia. Nonius.

Dius generoſus.Vir.i xi. Quas ipſa decus ſibi dia camilla.græce eſt ἀπὸ τοῦ Διὸς.S.

Dius fidius:unde & eius perforatum rectū: ut & uideatur diuum.i.cælum. Quidam negāt ſub recto per hūc deierare oportere dius:dius fidius licebat dios hyios filius : & græci dioſcuron caſtore:& putabant hunc eſſe ſanctum a ſabina lingua & herculē a græca. Idē hic dieſpiter dicitur iſimus q eſt cōiunctus terræ:ubi ola oriuntur quorum quod finis ortus dictus. Varro.

Diuus unde & ſub diuo.Varro.

Diuum quod ſub cælo eſt extra rectum ab Io ue dicebatur:ut dialis flamen : & dius heroũ aliquis ab Ioue genus ducens.

Diuni:ficut ab uno unita tribus trinita quater quatrini:ſic a duobus diuni nõ dicimus; ſed bini. Varro.

Diurnare hæc maxime uerſat;deorum iniqui tas q; deteriores ſunt incolumiores:neq; optimum quẽq; inter ſuos ſinunt diurnare inuſitate dixit.C.Lepa. pro diu uiuere : ſed ex ea figura eſt qua dicimus perennare. A.G.

Diurnare honeſtum uerbum pro diu uiuere: ut apud ueteres prudentem auctoritatis in cognitæ:neque optimum quenq; inter ſuos ſinunt diurnare.N.

Do a do quoque compoſita ex monoſyllabis præpoſitionibus tertiæ ſunt coniugationis: ut addo is.reddo is.prodo is. nam circundo circundas facit:& circum diſyllabum eſt : & magis aduerbiũ:& hoc ſolũmodo uerbũ primæ coniugationis à penultima in præſenti: & præterito cæteriſque deductis corripit ut damus datis dant:dabam dabo dare datus & daturus:& quæ ex hoc ſolent fieri : ut dabamini.da enim ubiq; ante finẽ corripiẽ i hoc uerbo ſimplici, Pri.

Do fidem eſt aliquid caute promittere.T.gra uidaq; facta dat fidem uxorem ſibi fore hãc. Habere fidem eſt alteri credere.Quin fidem habetis hominibus quos mentiri alius affirmat apertius apud Ciceronem.Neq; dedi ne que do infideli fidem cuiquã.i.non promitto ex animo.Lau.

Do tibi litteras tanq; tabellario.Do ad te litteras.ſad te perferendas.Iungunt interdum ut dicamus.dedi illi ad te litteras eius qui perferet eſt reddere:ſicut eius ad quem dãtur accipere.Lau.

Do das.i.dico.Vir.in buc.Sed tamen iſte deus quis ſit da rityre nobis.

Doceo a dico declinatiũ:uel q; cũ docemus dicimus:uel qui cũ docentur inducantur in id quod docentur.V.

Doceo ſignificat diſciplinam uel quempiã magiſterio dare.Vir.ænei.lib.v.Docuit poſt exitus ingens.No.

Docere dicere.Lucil.lib.xxviii.At non ſunt ſimiles neq; dant quid ſit dare uellẽt. Accipis ne doce.No.

Documenta a doceo:quod principio abdico: quæ exempla docendi cauſa dicunt.V.

Docus tignum uel trabes.T.

Docibilis eſt qui ad patientiam diſcendi eſt leuis ac mitis.i.docilis:quæ idem ſũt ſicut exitialis & extiabilis ; rationale & rationabile: quod ſuperlatiuum format docillimus.ſicut facilis facillimus.Lau.

Docti & periti differentia ea conſtat:ut ſit doctus qui rationẽ rei tantũ nouit. Peritus autem qui & cũ ratione experientiã & cõſuetudinem teneat nouit dictus:ita a ποτὸ τοῦ πεῖρα.i.experiẽtia. Itaq; minus eſt doctus q; peritus:quod &.T.oſtendit de offi.li.iii.Itaque cum ſint docti a peritis deſiſtunt facile a ſententia.Ser.

Doctum & peritum ſimile cum uideat a Tullio diſcretum eſt:ut ſit peritũ pluſquã doctũ of.li.iii.Itaq; cum ſint docti a peritis deſiſtũt facile a ſententia.N.

Dodrans nouẽ continet uncias ab axe.Pli.lucere dodrãtis ſemũcias horaq; ab ſemũcia ad trientem uſq; ad plenum orbem.

Dodonæi Iouis templũ in Epiro & fons:ideo facer quod cum ſit frigidus: & immerſas faces:ſicut cæteri extinguat:ubi ſine igne prouocat admouentẽ accendit:at cum littora legũtur a promontorio ſepiade per demetriã & balon & ptheleon & erthmon ad Pegaſeum ſinum curſus eſt.Ille urbem pegaſam amplexus amnem ſperchiõ accipit: & quia minyæ colchida petentes:inde argo nauem ſoluere memorantur.ab eo ad ſummũ tendentibus: illa prænauiganda maliacus & opuntius grãdes ſinus.Pom.

Dodona epiri oppidum cũ nemore propiquo glandibus abundans:ex cuius quercubus fiebant uaſa.Vir.dodonaſq; lebetas.T.

Dolon Eumedis præconis filius explorator Troianorum.T.

Dolopes populi theſſaliæ in extrema phthiæ ora.Soli.Pli.dicit ætoliæ populos.

Dolum malum Seruius quidem ita diffiniuit: machinationem quandam alterius decipiendi cauſa:cum aliud ſimulatur & aliud agitur. Labeo autem poſſe etiam ſine ſimulatiõe id agi:ut quis circũueniatur:poſſe & ſine dolo malo aliud agi & aliud ſimulari:ſicuti faciũt q huiuſmodi ſimulationes deprimũt & tuẽtur uel ſua uel aliena.Itaq; ſic ipſe diffinit dolum malum eſſe omnem calliditatem: fallaciam machinationem ad circũueniendũ: fallendum: decipiendumue alterum adhibitũ. La.diffinitio uera eſt non fuit autem contẽtus prætor dolum dicere:ſed adiecit malum quoniam ueteres etiam dolũ bonũ dicebãt &.pro ſolertia hoc nomen accipiebant: maxime ſi aduerſus hoſtem latronemue qs machinatur. Vl.de dolo malo.

Dolus malus cui rei affuerit: hæc uerba generaliter cõpræhendunt omnẽ dolũ malũ qui cunq; in hac re admiſſus eſt : de qua ſtipulatio impoſita eſt. Vl.de uer.

Dolentia: Neuius p dolore dolentiam poſuit Aulus.G.

Dolia uasa grandia quibus uinum reconditur Var. i eume. de matule: dolia atq; apothecas triclinares. No.

Doli uocabulum nunc tantum in malis: apud antiquos etiam in bonis rebus utebatur: un de adhuc dicimus sine dolo malo: nimirum quia solebat dici bonus. Fe.

Doliola locus in urbe doliola ad cloacā maximā: ubi nō licet desquere: a doliolis sub terra duæ eos; traditæ historiæ q; alii ineſſe aiūt ossa cadauerū: alii Numæ Pompilii religiosa quædam post mortem eius infossa. V.

Dolere plus est q̄ ægre esse. Teren. in phor. alii quia desint: quod amēt ægre est tibi quia sū pereſt dolet. Do.

Dolus malus: dolus a dolendo dictus. i. a dolēdo & iminuendo: nam & græ. Δολὸς dicit ledo: & dolon etiā é quædā ars bellica & dolare lignū est fabri. i. ascia cedere additio mā est: qua sic. xii. tabulis a ueteribus ſcriptū est: aut epitheton doli perpetuum est. Terentius in eun. lam erat ſuſpitio dolo malo hæc fieri omnia. Cic. de offi. Nondum lex lata de dolo malo. Do.

Doliola locus in urbe sic uocatus: quia iuadētibus gallis senonibus urbem inſtituerūt sacra eodem loco doliolis nē desquere alicui li cebat. Fe.

Dolones flagella sunt inter quos; uirgā latēt pugiones: aut secundum Var. ingens contus ferro breuiſſimo. dolones autem a fallendo dicti q; decipiant ferro cum ſpeciem præferant ligni. Vir. in. vii. Sæuoſq; gerunt in bello dolones. S.

Dolitū q; dolatū usu dicit: quod est pcæſum uel abraſū uel eſſesum. Var. in aga. nunq; cælarus in manu dextera ſcyphus cælo dolitus artem oſtentat mētoris. Cic. dolatum acade. libr. iiii. Non enim est e ſaxo aut cultus e robore dolatus. No.

Dolobella quasi parua dolabra: a dolobrādo. Caſſ.

Dolobellas: ſcire nos oportet duos eodē tēpore fuisse & prænomine & noīe & cognomīe Dolobellas. hoc igitur altes; Dolobellā cæſar accusauit & dānauit: altes; M. ſcaurus & accusauit & damnauit. Aſco.

Domare a græco. Δαμάζω. Var.

Domuis pro domus. Var. in thapheminippo. Porrexit in interiores partes domuis. N.

Domini etiam mulieꝝ amatores. No.

Dominus maritus. Vir. æneī. iiii. Cōubia nſa reppulit ac dominū æneā in regna recepit.

Dominus dicit cui ſeruit. Virg. æne. i. Romanos reꝝ dominos gentēq; togatam. No.

Dominus rurſū appellat cōuiuii exhibitorem de & domīa cōuiuii. Lu. ſa. li. vi. Qui te bōis

Iuppiter inqt eras fortitū eū cœnabat q̄ canebat dominū forte. Idē li. xiii. Primū domini atq; fodalicia oia tollāt. Tur. in philo. Forte eo die meretricis ad me de leuitate atticæ ut cū uenerat q̄dē dixerat: quæ cœnā apud me thais atq; dortiū Antiphila Pythias: ego extra cubui domina. Var. i paphia papæ. dominū cōuiuii unū aliud ne q̄d laudato. Sal. hiſto. li. iiii. Alter ſcribā & cœnas: imo medius inter Tarquinii & dominū ppernam. M. T. in uer. Frumētaria ac ſua argēto dominos noſtros. Var. i eume. Diſcūbimus muſati do minus mādere natura cōmittit. No.

Domini appellatione continentur qui habent proprietatem: & ſi uſufructus alienus ſit domini appellatione pro parte dominū continēti dicendum est: domini appellatione etiā filiifamilias: cæteriq; liberi qui in potestate sunt continentur. Papinianus.

Domini appellatione fructuarius continētur. Pau. de bo. aucto. iudi. poſ.

Domus & iugerum ab antiquis aliter declinabatur q̄ hodie declinamus. Nam domus quartæ erat declinationis: iugerum tertiæ q̄ cūlibet enim i monumentis ueteꝝ legimus domu Seruius ſuper Donatum.

Domus appellatione habitationē quoq; ſigni ficari palam est. Papi. de adul.

Domus familia. Virg. in. v. Se geſtusq; domus tenet a quo. Sergia nomen hic domus æneæ totis dominabitur horis. Ser.

Domus conſuetudo hominum tantum habitacula dici putant: cum autoritas & templū & nidos domos dixerit. Virg. in. vi. Hoſtia iā que domus patuere ingentia centum ſponte ſua. No.

Domus pro familia. Virg. æn. fecūdo. Nos cōtra effuſi lachrymis coniunxq; creuſa. Aſcaniuſq; omnis domus. Ser.

Domus genitiuo domi dicebāt antiqui. Plau. Quāq̄ domi cupio operiat tamen. Teren. in eunu. Sanga ita ut fortes decet milites domi ſociq; fac uiciſſim, ut memineris. Do.

Domus familia. Vir. geor. iiii. Multoſq; per annos ſtat fortuna domus. S.

Domus græcū: & ideo é ædibus ſacris ātecellā: ubi ſedes dei ſūt; græci dicūt ædis pro domus q̄d ab aditu: q̄d plana ſede adibāt. Var.

Domus huius mi. & domus huius mus. Ter. i eu. Domi ſociq; fac uiciſſim ut memineris. Vir. in ſexto. Hic labor ille domus & inextricabilis error. Pri.

Domus necnon a domo harum domorum & domuū & his bus: necnon etiam domus. Iuuenal. i primo. Viſcera magnæ domuū dominiq; futuri. Virgil. in primo æneidos. Dardanidæ contra turres: ac tecta domorum

culmina conuellunt. Idem in secundo geor.
Domibus cedrumq; cupressoq; Sal. in cati.
Domos suas genera decorabant. Te. i eunu.
Domi focíq; fac uicissim: ut memineris. Vir
gilius in sexto. Hic labor ille domus & inex-
tricabilis error. Per omnes igitur casus tam
secúdæ q̃ quartæ inuenitur: ablq; datiuo &
ablatiuo plurali: q̃ semper i bus exeunt. P.

Domus mi quod seruat locũ: & domus geni-
tiuum format: quod significat corpus ipsũ:
ut domi maneo: & in domo dicimus: & par-
tem domus demolitus ſum. domus quoq; p
familia hanc domum ab hac domo: dicimus
reuertor domum uel ad domum: Exeo do-
mo: uel e domo. Domi uero iungitur cũ his
pnominibus: meæ: tuæ: suæ: nostræ: uestræ:
& ano nomine alienæ: ut uiuo domi meæ:
ideo domi non aduerbiasci: quia accipit ad
iectiua hæc duntaxat. Lau.

Domutionem. Pa. i her. Nam solus daraps hic
domutionem dedit. Luci. xxvii. domutionis
cupidi imperium regis pene iminuimus.

Dona consuetudine hæc habẽtur: quæ aut p
piciãdis diis dant: aut hominibus p benefa
ctis reddũtur: sed auctoritate pro ultione po
situm lectum est. Vir. in buc. aut ut mutatos
terei narrauerat artus. Quas illi philomena
dapes: quæ dona pararit. No.

Donaria loca sunt ubi dona reponuntur deo-
rum: interdum pro templis abusiue. Virgil.
geor. iii. Et uiris iparibus ductus alta ad do-
naria currus. S.

Donatiæ coronæ dictæq; his uictores in lu-
dis donabantur: quæ postea magnificentiæ
causa institutæ sint super modum aptarũ ca
pitibus quali amplitudine fiunt: cũ lares or-
nantur. F.

Donarium locus ubi ponuntur oblata. S.

Donatio dicta a dono: quasi doni datio. P. de
do.

Donationis uerbum simpliciter loquẽdo oẽs
donationes cõpræhẽdisse uidetur: siue mor-
tis causa: siue non mortis causa fuerint. Vlp.
de uer. sig.

Donum genus est. Labeo ait a donando dictũ
Munus speciem. Nam munus est donum cũ

Elenchus redargutiuus: unde ſophiſtici elen chi apparentes redarguriui: & lapis præcio ſus. Tortellius.

Eleon Boetiæ urbs.

Eleõme Macedoniæ eſt mons.

Eleorus fluuius Siciliæ: pachinno promontorio propinquus.
Elephas & elephantus diciturut Plinius inqt
Elephantiacus morbus ex similitudine elephantis: cuius dura cutis & aspera morbo nomẽ dedit: qui corporis humani superficiem simili duricie facit.
Elephantina urbs a thebis ægyptiis. dccc.xx. stadiis distat.
Elephantia est lepra.
Elephantus ebur. Virgilius, iii. geor. In foribus pugnam ex auro solidoq; elephanto: Gangaridum faciam. Ser.
Eleuit maculauit. Luc. li. vi. Si hic uestimenta eleuit luto: ab eo risum magnũ ad cachinũ i prudens subiicit. No.
Eleuiem purgationem. Lucilius libro vigesimo sexto: & eleuiem facere peruentum uelis Nonius.
Eleusis uel eleusin potius eleusinos: ut attin at tinos urbs in thera insula sub Euboia iuxta acticam. Ser. acticæ dicit: unde triptolomus & eleusina.
Elis hac tempestate oppidum est: Homeri ætate nondum muris cincta: uerum ager ipse pagos habitabatur quam curuam: quia ei sic obtigit appellabant. Nam maxima eius pars talis extitit & fertilitate præstans: uerum posterius secundum bella persica: cum multi i unum philosophi conuenissent eam: quæ hoc tempore cernitur: Elim ciuitatem condidere. Strabo.
Elis urbs Arcadiæ: ubi Alpheus & cursu equi exercebatur. Inde eleus elea. T.
Elisces sulci aquarii: per quos aqua deducitur & sulcis. Fe.
Elicium. Varro fexagesimo. Se circunspexere atque inuenisse cum dormire cœpisset: tam Glaber q̃ Socrates Galbam esse factum elicium epulis albis. cum proboscide. No.
Elidere excludere significat. Virgilius octauo Elisos oculos & siccũ sanguine guttur. Plautus in rudente. Iubeo oculos elidere. Lu. ii. Iniuriarum i fauces iuuasse animaq; elisisse illi. Nonius.
Elidere suffocare uel occidere. Virgilius octauo. Geminosque prænens elserit angues. Nonius. M.
Elidere colligere. Virgili. tertio ænei. Ter spumam elisam & rorantia uidimus astra. Cicero tuscula. libro quinto. Qui rebus his fractus ægritudini elidituꝛ: potest tamẽ esse nõ miser. Nonius.
Elidere deiicere. Cicero de repub. ii. ut auriga inductus & curru trahitur operitur laniatur elidituꝛ. No.
Elice oppidum achiuorum in peloponeso: unde Calisto nata est: & hic elice dicitur i quo Iones fugati sunt ab achiuis. Elice pro maiori ursa.
Eleusin cereri consecrata: & clariores q̃ ut indicari egeant athenæ inathide. Pom.
Elixus quicquid aqua mollitur uel decoquit. Nam lixus ueteres aquam dixerunt: unde & lixæ dicti qui militibus aquam ad castra uel ad tentoria solent ferre. Varro metaphenipo in pauimento non ad edes facere laconã: aut in humum calce is facis elixas. No.
Elumingus: idest lumbricus longus in homine.
Emicraneus dolor est cui media pars capitis dolet.
Aemoroisis: idest eruptio sanguinis circa anum quæ etiam circa mulieres uenire solet.
Aemorogia est emanatio sanguinis.
Aemonoreus qui sangninem eicit ab ore.
Etheon: idest diuinus & furore afflatus: quo uerbo frequenter usum inuenies Statium in libris syluarum ethea cybele a monte etheo Vnde Martialis: Quem fletus matris hululat ethææ gallus.
Emporedia: nunc hiperigia ciuitas circa alpes Galliæ imminentes & proxima augustæ taurinorum: atq; augustæ prætoriæ.
Emporia. Liuius libro. xxxiiii. Multi & aliarũ ciuitatum qui emporias perfugerant dedidere se. Et Plinius libro tertio. Emporiæ genimum: hoc ueterum incolarum & græcorum: qui phocensium fuere soboles.
Emporium locus est publicus quo mercatores mercandi gratia conueniunt: ubi nundinæ celebrãt: ab ἐμπορεῖσθαι: quod é mercor uel acquiro: quas emptorium Liuius libro xxxv. porticum unam extra portam trigemi nam emporio ad thyberim adicto. Et Liuius. xxxiiii. & liberati omnia asiæ ἐporia portusq;. Plinius libro quinto. Fama copiosa indicarum arabiarumq; mercium Nilo proximum emporium. lib. vi. ad primum emporium in die mercium: latine dicimus mercatũ Plautus in mustellaria: iam homo in mercatum aduortitur. Et in menechmis: Tarẽtum aduexit secum ad mercatum simul.
Enyo belli dea: male qui aspirãt: de qua apud Lucanum: aduersaq; risit enyo.
Elicon mõs Boetiæ musis dicatus celebris poetarum carminibus: unde termesius effluit: at aspiratur in principio.
Eliæ paludes in Calabria: ubi est Velia oppidum.
Eligere quære in uerbo deligere. Lau.
Elisa nomen proprium Didonis. Nam Dido lingua phœnicia uirago appellatur. Torrelius.

Elisium in medio sterogz est:Philosophi uero dicũt esse ĩsulas fortunatas: de quibus Hor. Theologi circa lunarem circulum. Vir.

Elysium campum in extrema hispaniæ finxit Homerus propter diuitiasq; copiam ubi finxit:& infernum iuxta tartesum:propterea q; fortasse tartarus appellatur.

Elisius fluuius Siciliæ.

Elisos fluuius atticæ a flexu nominatus a cocito fluuio inferorum:ubi serpentes sitibundos aquam ebibunt:quapropter furias ibi ĩesse fingunt.

Eliumberunii sunt populi in austris. Stra.

Elinguem sine lingua. F.

Eliminare extra limen eiicere rursum exclude re. Pacu. in dolo. ubi illic est me miserã quonã clam eliminat. Pompo. Cõclauis istic ma ner eliminabo extra ædes conjugem. N.

Eliminare est exire. En. in medea. Exule antiqua ædilis fida custos corporis: quod si extra ædes exanimata eliminat. Actius i phœnissis. Egredere exi esser te elimina urbe. Idẽ i meleagro. Timide eliminor clamore simul agnita uox ad aures accedit. Var. i serano oc cipitium a riuo deo ostendo ex oraclo elimi ne me. No.

Elles fluuius minoris asiæ cingens Smyrnam ciuitatem.

Ellespontũ in confinio troadis separat Europam ab asia:ubi Xerxes construxit pontẽ dictum ab helle Athamãtis filia cũ phryxo fratre fugiẽte Nouercæ insidias aureo ariete ue cta:& in hoc mari demersa: sed præponitur asiratio.

Ellipsis uel ellepsis detractio: ut multũ ille & terris dicitur hæc & eclypsis eadem. T.

Elogiũ testificatio de aliquo honoris uel uitu perationis causa:ut Ci. qui de elogio.

Eloqui est oia quæ mente conceperis, pmere: atq; ad audientes proferre. Quintilia.

Elorus fluuius Siciliæ qui more Nili superfũditur.

Elpenor comes Vlysis a Circe cum aliis conuersus in porcum. T.

Eluarii sunt populi in gallia: quorum fluuius in rhodanum fluit. Stra.

Elucum significat languidũ ac semisõnũ: uel ut alii uolunt hallucinatorẽ:aut nugas: amatorem:siue halonem. i. externo uino languẽtem:quod græci εὔλον uocant. Fe.

Elumbum euulsõ lumbo. Fe.

Elucificare lucidare dictũ a luce. Labe. Si cito fulgentis splendore pecuniæ uolo elucificare exitum ætatis meæ. No.

Eludere proprie gladiatorq; est cũ uicerint. Ci. in catil. Quãdiu etiam furor iste tuus eludet & eludere est finem ludo dare. Ter. in eunu. Eludet ubi te uictum senserit. Do.

Eluuio corruptus & morbiferi operis tractus Ci. de offi. li. ii. Qui collectis cæteris causis eluuionis pestilentiæ uastitatis. No.

Emancipati duobus modis intelliguntur: aut hi qui ex patris iure exierũt: aut hi qui aliorum fiunt dominij:quorum utrũq; fit mancipatione. Fe.

Emãcipatũ submissum deditũ. Ci. de sene. Ita senectus honesta est seipsa defendit si ius suũ retinetsi nemini emãcipata est:si usq; ad ultimum spiritum dominatur in suos. No.

Emansor est qui diu uagatus ad castra regredi tur:deserror qui per longum uagatus deducitur.

Emathia regio quæ in Macedonia est.

Embryo quasi intus germinans a uerbo græco βρύω ge. neutrũ:quod in utero uiuit ante liniamenta. Tortel.

Emergere pprie est ex lustris atq; honestis locis exire. Te. in eu. unde emergam. D.

Emblemata dicũt signa ipressa:ut apud Virg. Cratera impressum signis dicit a græco ἐμβάλλω imprimo uel infigo. Ser.

Emere quodnunc est mercari:antiqui accipiebant præsumere. Fe.

Emendi & uendẽdi origo a permutatione cæpit. Vlp. de contra.

Ementior etiam antiqui passiue protulerunt: ut Meuius. q̃ stulte cõficta q̃ apta sunt emẽtita. Et Ci. Quem ipse ementiris auspiciis uitiosum fecerat. Pri.

Emeriti stipendia qui militia perfuncti sunt emeriti senes qui alios habẽt q̃ p se laborẽt. Dicũtur autẽ emerita stipendia. Lau.

Aemilii uiam per Pisas & Liuiã usq; Sebastos strauit Scaurus:& hinc per derthonẽ. Alia ẽ æmilia quæ flammineam excipit.

Emigrare quære in uerbo decedo. Lau.

Emissarius ẽ cõsiliator furtoq; quæ a magnanimibus siue dominis cõmittũt: ut i uerbo excusor:teste Asconio & Suetonio libro. xii. Vnum e familiaribus & emissariis suis.

Eminus & cominus aduerbia sunt localia.

Emochi montes sunt Indiæ.

Emodum oppidum est:ad quod illyricæ gentes ad histrum habitantes subuehuntur.

Epanida paganorum dea. Fe.

Emphasis cum maius dicitur & minus etiã in telligamus. Vir. Cum sacræ deficeret sylua: ideest non solum aliæ. Te.

Emplastrum fictũ uel informatũ ἀπὸ τοῦ πλάττω quod a multis informatur. Te.

Empedocles agrigẽtinus Pythagoræ auditor primus oratoriæ iuẽtor: ut zeno dialecticæ ut Aristoteles inquit: fuit & medicus magister gorgiæ scripsit tragœdias:& Xerxis tran

situm uersu. Mors dubia: plures iniecisse se i ætnam dicunt.
Empiricus experimentator. T.
Empyreum igneũ magis a splẽdore: q̃ ab igne secundum theologos. T.
Em pro eam ab eo quod est is. Fe.
Emporedia romanorum colonia ad salaxon. Strabo.
Emporium urbs est a Massilienſibus ædificata iuxta tarraconem. Stra.
Empturientem propter quod te empturienté in campos macros ad mercatum adducunt crebro pedes. No.
Empticium militem mercenarium. Fe.
Emptum differt a parato, nam in emptum parato ineſſe: & iparato non continuo emptũ contineri.
Emuſſitata adamuſſim facta. Fe.
Emũgi ex manifeſta ſignificatione manat. Lucil. lib. trigeſimo. In mellis ſpecie eſſe omnẽ quouis poſſem emungi uolo. Te emunxi argento ſenem. No.
Emunctus dicitur homo elegãs & facetus naris & contrario. Teren. i adel. argento emũxi ſenem. Do.
Aemulatio ab imitatione hoc diſtat: q̃ imitatio ſimplex eſt: & iuuorem atq; inuidiam nõ admittit. Aemulatio habet quidem imitãdi ſtudium: ſed cum malitiæ operatione. Vir. i ſexto. Aemulus exceptũ triton ſi credere digꝝ num eſt. Inter ſaxa uirum ſpumoſa imerſerat unda. N.
Aemulus eiuſdem rei ſtudioſus. Vir. vii. Parté roſtro prior præmittit æmula puppis. Ci p. M. Marcello. illo æmulo atq; imitatore ſtudiorum meorum. Se.
Aemulus aduerſus uirtuti. Virgi. in. v. Aemula nec dum temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Ser.
Aemus theſſaliæ mõs: ubi ſunt tẽpæ uel thraciæ: in cuius cælo cacumine adriaticũ & euxinium mare proſpici dicebatur: ubi Philippus demetri filius conſcendens hoc falſum comperit: ibi aram louꝝ & ſoli conſtituit.
Enunq; ecquando. Fe.
En de procinctu cum ex caſtris in prælíũ exitum eſt: præcinctos quaſi procinctos atq; expeditos: nam apud antiquos cõſiccinctꝰ pugnaſſe dicuntur. Fe.
En pro eum ab is. Fe.
En nominatiuo pariter & accuſatiuo iungere uel indicãdo: ut En priamus. Vir. uel exprobando: ut en agros & q̃ bello troiane periſti experiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius: ut Cice. En crimen: en cauſa ecce ſimiliter cum utroq; caſu. Cõpoſita uero eccum: eccam: eccos: ſicut & ellum ellã: ellos: ellas: non ecce eum: ſed ecce hic de quo agebamus. nam cum Ter. inquit. Eccũ me non licet iterpretari ecce eum me: item ellum ecce illic: non autem illum.
Ena fons: unde dictus locus: ubi ingens idolũ ſatis uenerabile: tam neuico propinquus inter helliam & hiſpolim.
Enceladus unus e gigãtibus aſpiratione caret.
Ennoſicthon epitheton neptuni.
Ennius calaber ex rudiis oppido ſyrius de eo rudiæ miſere uetuſtæ familiaritate Scipionum clarus ſeptuagenario maior morbo articulari mortuus ẽ in uia apia ſepultus iuxta Scipionis tumulũ: quidam eius oſſa rudias i patriam relatam fuiſſe dicunt. Euſebius autor meminit. Strabo.
Euthea tempora diuina: unde & muſa euthea dicit: & uates euthei. i. deo pleni: græca é dictio εὐσεσσ οία ſocialia. ná omina & auguri haruſpices captabant in nuptiis.
Endymion obdormiuit in Lanio monte loniæ a lunaq; ob formæ præſtãtiam amatus Sed ut hiſtoria habet primum curſus lunæ percepit: unde fabulæ locus datus Strabo legit latinum: quem ecatheus putat ab homero appellatum eſſe montem pediculoꝝ illic in ſpelunca quadam uiſebatur Endymionis ſepulchrum: græci quod pherecydes docet latinum ſomnum pro diuturnitate; & quod Cicero quoq; obſeruaſſe uidetur.
Enantioſis reſtragatio.
Enas flexuoſus. Acron.
Encænia innonatio: ab ἐσ & καινὸς νουο. Tortelius.
Enceladus titani & terræ filius fulmiatus a Ioue & ſuppoſitus ætnæ. T.
Enchiridiõ manuale: diminutiuũ a manu. T.
Endromys ueſtis: quæ i gymnaſio ſumebaꝫ a uerbo græco ita dicta tamẽ ex gallia teſta aliquãdo mittebatur parui quidem preciꝰ: ſed tamen in uſu luxurioſoꝝ. Mar. pauperis eſt munus: ſed nõ eſt pauperis uſus: pollux uero apud græcos ait endromedẽ eſſe genus calciamenti: quo currentes utebantur in ſtadio ἀΔρομος: quod curſum ſignificat.
Endromedes erãt ueſtes hirſutæ & lõgiore pilo quibus utebanꝫ in gymnaſio & theatro ad munera harenæ exercenda. Iuue. Endromedas tyrias & fœmineum ceroma.
Echinades inſulæ contra oſtia acheloi.
Encauſtite eſt genus picturæ: quæ adiumẽto ignis fiebat: ut i cæra & i ebore: unde nomẽ accepit: ná encauſtice ſignificat inuſtrice: qa cõburit: ide Martia. Encauſtus phahethon.
Endiadis figura cũ duo diuerſa nomia in una conuenientiam iungũtur: ut Vir. geor. li. ii. pateris libamus & auro. Et libro. i. molemq;

& montes insuper : ideſt molem montium. Tortelius.

Endymion paſtor qui luna amauit : & primū repulſus: inde in gratiam receptus albos eius greges pauit: & cum ſuper Lamio monte Ioniæ obdormiſſet a luna ofculatus ē : de quo Plí. Macro. & Oui.

Endoicium initium. Fe.

Euthei cybeles quod ſacerdotes in furorē uerteret. nam in ſacris ſacerdotes cybelis hululatu requirebant atim: quem cybele amauerat: euthei autem dicuntur deo pleni. i. furētes. Papinius muſam eutheam appellauit: licet euthea nam exuperet pimplia ſtirim.

Endoplorare implorare: quod eſt cum quæſti one: inclamare nāque eſt quod cum fletu rogare: quod eſt proprie uapulantis. Fe.

Enemiſma quid eſt quod apud argiuos dicitur qui familiarium: aut cognatorum quempiā amiſerunt: mos eſt ut ſtatim poſt luctum apollini ſacrificent trigeſimo poteſt die mercurio. nam ut a terra mortuorum cadauera ſic animos a mercurio ſuſcipi putant. apollinis autem ſacerdoti ordeum dantes carnem primo eo accipiūt: ignemq; quaſi pollutum extinguentes: & rurſus ab aliis accendentes: carnem coquunt: & enemiſma appellant.

Energia efficacia ab operatione: inde energumenos actiuus: & ſignificat cum res ſub oculos inducitur. T.

Engoſciani in gallia ubi eſt urbs lugdunium. Tortelius.

Enicome caſtellum in Corſica habitabile. Str.

Enim cauſalis: ut cole pudicitiam. Hæc enim hominem uendicat a ſcelere: uel copulatiua ut progenieſ ſed enim: uel affirmatiua: ut eni uero daue: & tunc præponitur: ut idē. Enim non ſinam. Pri.

Enyo belli dea: quam bellonam dici putāt: cū tamen Statius ambas ſimul nominaret.

Enipheus fluuius theſſaliæ ab othry monte i Apidanum defluens : ubi Pompeius uictus. Lu. T.

Enipeus Thebei troiani filius Hectoris Auriga a Diomede interfectus.

Eniſes Siciliæ fluuius: haud longe a tauromeno colonia.

Enixa eſt appellatio: & ad partum refertur: cū dicimus geminos enixa eſt: ut apud Virgiliū triginta capitum fœtus enixa: ut ſi enixa uiribus conata enixa eſt partum: quæ i uerbo nitor. Dio.

Enimuero ſignificationem haber nimium pmoti atque irritati animi. Cicero: Hic cum a liis ex alia parte enimuero ferendum aſtu. Terentius in andria. Eniuero Daue eſt principium aliquid per iracundiam dictum.

Enixæ dicuntur fœminæ nitendi: hoc eſt conādi & dolendi labore perfunctæ miſeriſq; religionum genera parientibus præſunt: ſed elegantior ſtellectus: ut ex hoc dictæ eſſe credantur: q; uinculis quibuſdam periculi: quibus implicarentur fuerint exolutæ. Nexum enim dicimus actum & colligatū ordior ne retice obſecro. Afranius: ſuſpectam tamen a nimo ordiri me oportet paulo paululū : idē probatur dicens uno labore exoluet ærumnas duas. N.

Enixum pro enixe. Siſen. hiſto. li. iiii. Ego illos malos & audaces ſemper enixum contra fortunas atq; honores huius ordinis oſa feciſſe ac dixiſſe ſentio. No.

Enixa dicitur partu leuata. Vir. iii. ænei. Seruitio enixe tulimus. No.

Enixas non ſolum in partu poſſumus dicere: ſed etiam omni labore exercitas . Virgilius tertio æneidos. Stirpis achilleæ faſtus iuuenemque ſuperbum Seruitio enixæ tulimus. Nonius.

Ennoſigæus ab enno. i. concutio & terra. ſ. fluctibus Neptūnus. lu. & A. G.

Oenophorum uas uinarium.

Enope urbs in agro pylum.

Enoda ſignificat explana : & quæ ſit proprietas notum eſt: hoc ē nodum exolue. Actius in eurydice. Tu autem quod quæro abs te enoda: & qui ſis explica. Idem in alphesibœa. Quod tam obſcuri dicuntur eſt tā ne innodabile. Ennius in telepho . Verum quorum liberi lætho dati ſunt i bello nō libēter hoc enodari audiunt. Turpi. in demetrio. Ab initio ut res ſit geſta enoda mihi. Pacu. in peribœa. Gnato ordinem omnem ut dederit enodat patri. Cicero de finibus libro quinto. Hæc igitur nobis explicanda ſunt: ſed ſi enodatius uos ignoſcetis huius ætati. Varro. de uita patrum libr. primo. Neq; ut inita ſingulis rebus diutius moremur: ut dixi: atq; enodare ſubtilius uelimus. N. M.

Enſis enſicula & enſiculos. Pri.

Enam & lamne. Fe.

Enthelechia forma appellatur: ideo Ariſtoteles animam diffiniens ipſam corporis naturalis primam entelechiam: hoc eſt præcipuam formam appellat. Sunt qui etiam actum interpretentur.

Enthymema ſyllogiſmus rhetoricus: latine cōmentum.

Enthymema quælibet ſententia: præcipue uero quæ ex contrariis conſtat nominatur: inde quia argumenta ſpecioſa ex eiuſmodi ſententiis texuntur enthymemata appellantur: inſpice Ciceronem in topicis : & Quintilianum de refutatione.

Enthymema argumentum ex uno assumpto concludens iperfectus syllogismus. T.

Enticiuius fluuius galliæ cisalpinæ ex apenino in padum influit.

Enustabales fons i Arabia: qui camelos fons sonat.

Enubro inhibiti. Fe.

Enucleate dicitur purgate exquisite sine aspe ritate aut duricia ab eo quod nucibus separa tis. i. restis nucleos utilis usus habeat. Ci. in ora. Modo id elegater enucleateq; faciat eũ solum attice dicere. Idem tus. lib. tertio. Habeas ea quæ de perturbationibus enucleate disputant. N.

Enucare. Var. in lege meuia: sed qui patriã matorem parentẽ extinguit i eo est culpa quod facit pro sua parte is qui secum uehat: aut alicui liberos producit. No.

Eo propterea. Ter. in eu. Eo ad eã nõ admissa sum. Do.

Eo magis & hoc magis. i. tanto magis: quo. i. q. to magis similiter cum cæteris cõparatiuis. Item aliquando multo: paulo: & similia: quæ positiuum recusant: cui addideris tantum & quantum & cætera: quæ comparatiuum patiuntur: quando non fit cõtrapositio duorũ ut aliquantum est ad rem auidior. & Virgil. Tã magis illa tremens. Catul. tamen dixit: tã to pessimus ante post & compositã: ut antecello: & post habeo: alius: aliter: secus: præstat uim habẽt comparatiui. Dicimus tamen: tantum: ante: multum: post. Lau.

Aeolium mare asiæ dicebatur olim Mysium.

Aeolium mare asiatico littore adiacet a thermodoonte amne: & leuca ciuitate Ioniæ incipit: dictũ ab æolijs pulsis olim colonis: Nã antea Mysium dicebat.

Eonus fluuius Indiæ nauigabilis: in Gangem influens.

Eos promontorium in mari arabico.

Eous oceanus uocat sub oriente sole. qui æquoctii tempore conspicitur.

Eous lucifer. Virg. i. geor. Aut cum sole nouo terras derorat eous. Cinna autem i myrrina Te matutinis flentem conspexit eous & flẽtem paulo uidit hesperus idam. Ser.

Epanalepsi replicatio uel repetitio: cum eadẽ dictio in principio & in fine uersus: ut Multa super priamo rogitans super hectore multa. Tor.

Epanados regressio: ut principatus bonus est: non tamen bonus qui in tyrannidem mutatur. Tor.

Epaminundas Polymini filius: thebanus philosophus & imperator: de quo plura & Iustinus & Aemilius Probus. T.

Epar idest iecur.

Epauxesis incrementum.

Epebrodum uicus est in gallia narbonensi. St.

Epeus nomen cuiusdam fabri: qui equum troianum fecit. Fe.

Epenthesis iterpositio: ut religio.

Epetesin. i. impedimentũ egestionis stercorũ.

Epeus fumicum. Plau. Qui legioni nostræ habet coctum cibum epeum fumicum coquũ ab Epeo illo qui dicit ad Troiã fecisse equũ troianũ: & aptius cibum curasse. Va.

Epeum panopei filiũ Boetiũ equi troiani fabricatoré fuisse scribũt Homerus i odyssea: & Strabo: tãtæ uero magnitudinis fuisse fabulæ propius est q̃ historiæ.

Ephesiæ dianæ templum erat in panorio portu ad ephesum in Asia græce fuit admirationis magnificentiæ: ut Pli. cc. &. xx. ánis structum a tota Asia i solo plaustrinæ terræmotibus quatereť colũnas habebat. c. &. xxxvii. ex quibus. xxxvi. erãt cælatæ miro artificio. Cteſiphon fuit architectus: ut alii archiphrõ sunt qui scribunt primum dianæ templum fuisse minus secundum maius: quo incensõ ab herostrato tertium ædificatum ornamentis mulierum ad id collatis.

Ephesiæ dianæ templum in insula quam rhodani ostia efficiunt. Stra.

Ephesum dianæ ephesiæ æde sacratum est in arce massiliæ.

Ephimeridas Sempronius Asellio scribit esse diaria: in quibus singulos dies acta continentur: quoniam interpretationẽ alii hoc loco secuti sunt: sed ex uerbis Pli. plenũ é ephemeridas esse supputationẽ numerorũ i astris quod quoq; die imineat trina massiliensis ater geminata: ut cautior religionisq; ad syderũ motus Ephimerida mathematica cibos dando horũq; obseruãdo eũ autoritate præcessit. Ephemeris dicitur aliquando liber astronomicus: in quo horæ cõmodæ & incõmodæ inspiciunt: ut apud luuenalẽ in secũdo: aliquando liber in quo impensæ scribũt diurnæ: ut i quarto elegiæ apud Propertiũ ea latine diarium (autore Aulo. G.) nominãt & uersus Ennii fuere hoc noie. Varro apud Ennium scriptũ scio esse i ephimeridis uersibus.

Ephebus pubes.

Ephialtes & Oetus gigantis Olæi filii.

Ephimerides diurnales: uel ut Sempronius asellio inquit diaria & ephimeridiariũ pro libro in quo diurnales erant diuinationes. T.

Ephippia ornamenta equorum.

Ephyre Oceani & Tethyos filia.

Ephyris urbs laconiæ. Hero.

Ephyra urbs Achaiæ: inde corinthus. Vnde Vir. li. geor. i. Illusãq; auro uestes ephyreiaq;

æra. Tortelius.

Epectasis porrectio ut induperator. T.

Epicharmus græcus comicus. Alter philosophus cous Pythagoræ auditor scripsit de natura. medicina obiit nonagenarius. T.

Epichareda genus nauiculæ. T.

Epicedion uersus est: quod dicit cadauere nõdum sepulto. Ser.

Epiccenum promiscuum. Tor.

Epicherema genus argumenti: quod quidã rationem. Ci. ratiocinationem appellauit. inspice Quintilianum de refutatione. T.

Epicrocum genus amiculi croco tinctum: tenue & perlucidum. Fe.

Epicurus athenieus pago carthetius: fami nutritus: ubi claruit Mus seruus eius: clarus & perdoctus: de quo Laertius. T.

Epidanos tempore Anci Marci condita in epiro: ubi portus quæ damnum protendere iturus uideretur dyrrachium dicta est. T.

Epidaurus in achaia saronico quærno nemore redimita. Aesculapii teplo celebris: unde tépore pestis Romam serpẽtis forma uenit: & insula in dalmatia: quæ ut inquit Pli. esse desiit. T.

Epidamnii quis est apud epidãnos poletes illy ricorum uicini ciues suos: qui cum illyricis confuetudinem haberent improbos fieri animaduerterũt: & res nouas ueriti ad res cõtrahendas ac permutandas unum quot ánis potissimum delegerunt: quem maxime probarent is ad barbaros accedens forum ciuibus suis: & contrahendi rationem præscribebat: & ex eo Poletes est appellatus.

Epaphroditon uenustus: a phrodite uenus est Suetonius.

Epicherema syllogismus: quo maxime utunt oratores: imo omnes arguentes: distat a syllogismo: quod simplex est epichiremo multiplex uero syllogismus.

Epiclusis genus uasis in conuiuiis. V.

Epigramma superscriptio. T.

Epigranica fons est boetiæ ubi cadmus chara cteres græcarum litterarum excogitauit.

Epii populi qui & Helidenses.

Epilas flu. macedonia in horaheraclea.

Epilepsia uocabulum sumpsit: quod mentem apprehendens: corpus etiam pariter dicunt possideat. græci enim apprehensionem epilempsiam uocant: est subita insensatio cadés cum spumatione & tractu membrorum. fit enim ex malencholico humore quotiens ex uerberauerit: & ad cerebrum conuersus fuerit: hæc passio & caduca uocat: eo quod cadens æger spasmos patiatur. Hos etiam uulgus lunaticos uocat: eo quod per lunæ cursum cõmittentur eis insidiæ dæmonũ. idem & laruatio morbus comitialis: id ẽ maior & diutius quo caduci tenentur: cui tanta uis ẽt ut homo ualens corruat spumetq. Comitialis autem dictus quod apud gẽtiles cum comitiorũ die cuiq; audiissent comitia dicebãt: Erat apud romanos comitiorum dies solẽnis in Kalendis Ianuarii.

Epilepsia morbus quod mentem apprehẽdẽs: corpus pariter possideat ex malẽcholico humore. dicitur & morbus caducus: uulgus appellat lunaticum: potest appellari & laruatio & morbus comitialis.

Epicedium carmen: imo composita uerba oia hoc nomine appellãtur: quod demortuo canit: & si ad κῆδος tumulum significat Tortelius ut in multis aliis in hac quoq; iterpretatione infantissime lapsus est.

Epidaug. ciuitas iuxta dalmatiam: hodie Rhagusium quasi Ianofum a rippis dictum.

Epidaurus oppidum in sinu Saronico æsculapis delubro celebre: ut scribit Plinius.

Epiconis lusio appellabat: quia ex puluere raperetur κονίσ significat puluerẽ & ἔφ ἅβος quia ephebi ea exercebantur: quod utrunq; aperte defignat in harpasto. Martia. Siue cycharpasta manu puluerulẽta rapis. alibi: hæc rapit antæi uelox in puluere draucus.

Epithalamium carmen nuptiale.

Epimetheus lapeti filius.

Epitrapezius dicitur q. omnia uasa mensæ destinata ita appellantur. Nam epi significat & trapeza mensa.

Epilogus peroratio.

Epimenides philosophus Cretensis ex Cnoso uico: de quo Laertius. Tor.

Epimetheus lapeti filius ex Asia coniuge frater Promethei. Tor.

Epimone perseuerantia cum ad maiorem ceritudinem eadem in dictione perseueramus ut sic iuuat ire sub umbras. quidam epizeuxim uocant. Tor.

Epiodum uel epiodium oi in oe: quidã nænia dicunt: quod dicitur cadaueri non sepulto e pitaphium sepulto. T.

Epiola est latinorum oppidum: quod Tarquinus priscus a fundamentis diruit.

Epiphanes illustris. Tor.

Epiphania apparitio uel manifestatio.

Epiphonyma rei narratæ uel probatæ sũmæ approbatio: ut Tantæ molis erat romanam condere gentem. Quintilianus.

Epiredium ex græco & gallico compositio latina. Iuuenalis: ducũt epiredia collo. Tor. ex Quintiliano.

Epirus firma terra: regio quæ molossa dicta ẽ uel cuius molossa pars est: quæ a Chaone fratre Heleni chaonia inde dicta: ubi mons do-

donęæ sylua & templum Ioiis dodonei : ad quod duæ columbæ dabãt responsa e cælo. Nam altera delphos clarius fecit altera Ammonis templum: quo se contulerunt. Torte lius ex Herodo.

Episynalœpha conglutinatio duaꝝ syllabarũ i una quod in diphthõgo & synereſi fæpe fit

Epiſtola a mædio parcimeno επιστέλλω: in futuro επίσ τελῶ: unde epiſtola: & inde apoſtolus: ab apoſtello fit apoſtolus.

Epiſtilium trabs quæ ſuper colúnas ponitur.

Epiſtyliũ uel colũnella diminutiuũ a ſtyli: uel capitellum quod ſupra ſtylum. T.

Epiſtrophus phocidis rex qui cum aliis ducibus Troiam petiit. T.

Epiſcopus inſpector: ide epiſcopatus dignitas & epiſcopium locus. T.

Epiſcopi qui præſunt pani & cæteris uænalibus rebus quæ ciuitatum populis quottidianum uictum uſui iungunt.

Epitaphium ſupra ſepulchrum ſumitur: p lau de poſt ſepulturam. T.

Epithalamion ſacer hymnus: qui in ſponſalibus canebatur. T.

Epitaphion quod dicitur poſt completã ſepultuam. S.

Epitheton adiectum uel impoſitum uel appoſitum: & ſemper cum nomine antonomaſia uice nominis ponitur: & epitheta etiam futura ſignificant: ut Inſœlix dido. T.

Epithyma ſuper impoſitum.

Epitoma breuiarium uel inciſio latine: & flectitur hæc epitoma epitomæ.

Epitritus quattuor ſyllabaꝝ: quaꝝ una ſyllaba ſemper ab aliis diſcrepat. primus ex iãbo & ſpondeo. ſecundus ex trochæo & ſpõdeo. tertius ex ſpondeo & iambo. quartus ex ſpõdeo & trochæo: ita per ordinem cõtrarii: primus: ſecundus: tertius: & quartus pæoni. T.

Epizeuxis cõbinatio: ut meme ſicſic iuuat ire ſub umbras. T.

Epos carmẽ heroicum: unde epici heroici ge. neutri cõpoſitũ ab odi cantus: unde epodus carminis cantus: & epodon diminutiuũ i recto. i. paruum carmen quaſi præciſus uerſus ut priſca gens mortalium. T.

Epolones dicebãt antiquiꝰ quos nos nũc epulones dicimus. Datum autem eſt his nomen quòd epulas indicẽdi Ioui: cæteriſq; diis poteſtatem haberent. F.

Epodos aſpiratione caret.

Epos: ut inquit Diomedes dicitur græ. carmẽ hexametrum diuinaꝝ rer. etheroicaꝝ humanarumq; comprehenſio.

Epopõn mons epitecẽſariũ fuit i ſinu: quẽ ſtãma cũ emicuiſſet dies ipſa ſolo æquauit.

Eptabolus lacus in mauritania.

Epulares qui in quibuſdam ludis noctu epulabantur. Fe.

Epulam antiqui etiam ſingulariter poſuere. F.

Epulo ab epulando. Ci. de orato. Tres uiros epulones. Pri.

Epulo pro epulor antiqui protulerunt.

Epulæ quære in uerbo & dapes. Lau.

Equeſtre æs quod equiti dabatur. Fe.

Equeſter poſſeſſiuũ eſt: ut pellis equeſtris. dicitur enim homo eques: non autem equeſter: ſicut pedes non pedeſter.

Eques pro equo. Vir. iii. geor. Atq; equitẽ docuere ſub armis. Ser.

Equitare dicebant antiqui equum publicum merere. Feſtus.

Equiſo pro equite. Va. Troidite triſolio patraretis eos. nam aut equus qui ad uehendũ eſt natus: tamẽ hic traditur magiſtro: ut equiſo docear tollutim. Idem in marcipore. Quod nautici equiſones per uiam qua docerent lora. Idem i eumenidibus: neq; furẽte equuleũ damacrinum infanus exquiſo eximẽdis morbi fluctibus educet unq̃. N.

Equilam equam. Var. in lege meuia. Nemo eſt tam negligens qui in ſumma diligẽtia eligat aſinum: qui ſuam ſaliat equilam. No.

Equitem pro equo. Vir. iii. geor. Atq; equitem docuere ſub armis. Inſultare ſolo & greſſus glomerare ſuꝑbos. En. annaliũ li. vii. An non ædrupes eqtes eqtare uidebat. Lucil. equité dicit cũ ſit hominẽ equũ inſedẽtis quis hũc currere equũ: non equo equitare uidebat: is equitat curritq; oculis. No.

Equipenſer apud antiquiſſimos piſcium nobiliſſimus habitus omniũ ſquamis ad os uerſis contrac; notando meat: nũc nullo in honore eſt: & quidem miror cum ſit rarus ſuẽtu quidem eum helopem uocant: nunc prin cipatus Scaro datus eſt: qui ſolus piſciũ dicit ruminare herbiq; ueſciat; non aliis piſcibus Sarpathio maxime mari freqẽs ide aduetos Thyberio Claudio principe clipercus præfectus inter hoſtiam & campaniæ oram ſparſos diſſæminauit quinquẽnio fere cura eſt adhibita ut capti reddereñ marí poſtea frequentes inueniunẽ Italiæ littore nõ ante capti: ſed accipenſer non equipẽſer nomiaꝝ.

Equirium quod ipſum tripartito diuidiꝰ. Eſt enim generoſa materies quæ circoſacriſque certaminibus equos præbet ẽ mularis: quæ precio fretus ſui comparatur generoſo eſt & uulgaris & cæ. Columella lib. vii.

Equi admiſſarii dicuntur quibus prægnantes fiunt æque. Varro in re ruſtica: nec ſolũ mares quos admiſſarios habeo.

Equites cõſuetudine aut magiſtratus equorũ aut aſſeſſores appellamus. Virg. æne. ix. Inte

rea præmissi equites ex urbe latina.& libr.x.
Effusumq; equitem super ipse secutus. No.
Equites. Vir.iii.geor. equos dici uoluit. Impositriq; dorso atq; equitem docuere sub armis
Insultare solo & gressus glomerare superbos
Nonius.
Equitare ab equite iclinatum est. Eques uero uel homo utens equo:uel equus ipse est sub homine gradiens. Vir. Atq; equitem docuere sub armis:pro equo.equitare etiá utriusq; é Lucil. Qui hic currere equum nos atq; equitare uidemus. A.G.
Equitare omnes átiqui scriptores ut hominẽ equo ísedentem:ita & equum cum portaret hominem equitem uocauerunt; & equitare non hominem tantum:sed equum quoq; dixerunt. M.
Equisones non tantum equorum moderatores aut magistros: sed omnes quibus regimẽ concedit cuiusliber rei dici posse ueteres uoluerunt. Var. in marcipore. Hic ni ambitio nauem conscendimus plausterem: quam nautici equisones per uiá conducerent. loco. N.
Equiter pro eque. Pacu. in atalanta. Cõcertare ac dissentire partem da cursum equiter. Actius in antenoridis. Ad populum intelligo referendum:quoniam horum equiter sententiæ fuere. Luius í ægistho. Nam ut pergam accensa:ac prædá per particeps æquiter partita est. Nonius.
Equidem ubiq; apud Virg. ego quidem significat:ut est illud. Haud equidem tali me dignor honore. Sed in aliis:& pro equidem tãtum ponitur. Ci. Equidem ego cæteras tẽpestates. & Persius: Non equidem hoc studeas amborum fœdere certo consentire dies. Et idem:per me equidem sint omnia protinus alba. Ser.
Equidem. non ab ego equidem composita cõiunctio:sed simplex est. Salu. in catil. Eqdem ego sic existimo. p.c. Nam si esset composita non subiungeretur ego. Pri.
Equi Romæ appositi sunt: uicini fuerunt curribus equorum urbes Tarquinius priscus ex tinxit. Stra.
Equimeliú quod equa melii domus publico spatium est:quod regnum occupare uoluit. Is locus & busta gallica dicitur. Var.
Equinoctium quod sol eo die sistere uidebat aut quod sol ad nos uersus proprium est solstitium:cum uenit in medium spacium iter brumam & solstitú:& dies equus fit ac nox equinoctium dictum. V.
Equile ab equo:ut ouile ab oue. V.
Equirine iusiurandum. per Quirinum. F.
Equo uehi flaminí diali non licebat; ne filongius digrederentur:sacra negligerentur. Fe.
Equus Marti imolabatur: q; per eius effigiem Troiani capti sunt: uel q; eo Mars delectari putatur. Fe.
Equus equulus format diminutiuum. Cicero in uer. de signis. Equulos argenteos nobiles: qui maximi fuerunt aufert. Pri.
Equulum domare posse sunt qui dicunt post annum & sex menses:sed melius post trinú: a quo tempore farrago dari solet. V.
Equula ab equa diminutiuum. Pri.
Equuleus diminutium ab equus. Ci. in horten. dici uoluit:ut igitur domitores equorũ non uerbera solum adhibent ad domandú; sed cibum etiam sæpe subtrahũt:ut fame de bilitetur equuleoq; nimis effrenata uis. Var. in eumenidibus. neq; furentem equuleũ dematrianum insanus exquiso exhibebis morbi fluctibus educet unquam. Pomponius in decima fulonis ubi insiluit incoleratú equuleum ibi tolutim tortor. No.
Errabundus ut populabundus. i. affatim errás & populans:uel idem significat; quod participia frequentatiuorum: ut erratitans & populatitans.
Eracleum promontorium est colarum:& fluuius eius nominis & loci. sed præponit aspiratio erdomas dicitur laquiuidiola.
Eraclium locus est in hispania iuxta Gades ad ortum. Stra.
Eraclium ciuitas est in agro romano e conspectu aspiratur in principio. Stra.
Erasinus atq; Inachus inargelico sunt:nõ amnes:& notum opidum lerne. Pom.
Aerarium dictum est a Saturno:quo regnante in Italia æs í usu fuit:quid est postea & ædes saturni condebantur.
Ereuthalion quem Nestor uicit singulari certamine.
Erasinus fluuius Nemeæ: adeo uæhementer fluitut rippis contineri non possit. Sunt qui dicunt esse fluuium lycoæ.
Erasinus Achaiæ fluuius ex tymphalide palude profluens per Nemeam syluam labes: ut deiciat arbores & absorbeat exit í argolicis. Herodotus.
Erasistratus medicus ex Aristotelis familia ab ἔρως. & σρατος quasi amor exercitus. T.
Erate Oceani & Tethyos filia.
Erato musarum una ab amore dicta.
Ercinna multis syluis nomen est inditum: sed apud germanos maximeq; apud græcos orcinia dicitur ab eluctiis ad nemetum turiacorumq; fines protenditur:& ad dacos & da nubium:inde ad alias gentes longitudie sex dierum multis ferisabudans.
Erebus pars inferni: ubi morabant qui ad elysios erant profecturi. T.

Erectum a coercendo dictū: unde & hercisce
dæ & hercisčitum uocatum a ciendo. F.
Erebum. Vir. interdū obscuritatē quandā esse
descripsit apud inferos: cū ait. Imas erebi de-
scendit ad umbras. Interdum flumen eiusdē
loci dicens. Magnos nos erebi tranauimus
amnes. Varro uero erebo natam noctem ait
unde ē illud. Erebo creatam fuscis crinibus
noctem inuoco. No.
Eretheus uir uerax: alter quem Minerua edu-
catum athenis regem statuit.
Eremus desertum. Eremita colens deserta.
Eretria oppidum euboiæ. T.
Erembi populi.
Eretrū uicus potiusquā est Sabinis ſupra thy-
berum iacens. Strabo.
Ereuthalion uir diuus: quē Nestor iteremit.
Eregione positum est ex aduerso. Ci. academi-
corū. li. iiii. Nec ego nō ita uos & dictis esse e
regione nobis in contraria parte terrā: q ad-
uersus stent ad contra uestigia. N.
Ergasilus propriū nomen uiri: Parasitus apud
Plautum.
Ergastulum taberna uel officina. Ergastulus p
operario qui agriculturā exercebat. Plinius
libro. xviii.
Ergo correptū significat idē quod apud græ.
οὖν productē: idem quod χαριν: hoc ē gra
tia: cum. f. gratia ſtelligitur p causa. Sed istud
superius etiam sine exemplis notum est hoc
inferius sic sumatur: cum dicimus de aliquo
statua donatus est honoris uirtutisq; ergo. i.
causa. Festus.
Ergo semper addimus: ut hortemur eos q ali-
quid tarde faciūt. Virg. Ergo age care pater.
Ter. in adel. Dic ergo locū. Ergo ultima cir-
cunflexa causam significat. Donatus.
Ergo positum pro ea causa. Virg. vi. æne. Illius
ergo uenimus ad magnos erebi tranauimus
amnes. Sisen. histo. lib quarto. Milites ut lex
calphurnia concesſer urturis ergo ciuita-
te donati. No.
Ergo & igiē breuioribus adhibeē cōclusioni-
bus: & fere posť aliquā rem interiectā. Qua-
re: quāobrem: quapropter maioribus: nisi di-
xeris: nescio quare sic loquaris. Lau.
Ergo propter aut causa significat. Vir. in vi. Il-
lius ergo uenimus: & magnos erebi. i. per il-
lum: aut illius causa. habet autem accentum
in fine circunflexum. Seruius.
Erectū citū quod fit inter cōrores: ut i libris
Regum Romanorum: legiē erectū a coerce
do dictū: unde & hercisčunde & hercisci. Ci
rum autem a ciendo. Festus Pom.
Eridanus mons est dyrrachii: uel nullius ē: ut
inquit Strabo.
Eridanus fluuius: qui Padus dicit a phaheton
te: qui Padus dicebaē ibi merso. Hunc græci
inferos: fluuium dixerunt: & ad ſuperos sa
turire: forte quia e uesuuo monte propiquo
mari infero in mare ſuperum influit.
Erimanthus mons in arcadia: ubi Hercules a-
prum ſuperauit: Euristheoq; detulit.
Erimanthus mons arcadiæ: & ſylua & fluuius
in alpheum defluens. Pli. quarto.
Erimanthus qui lites diſſeminando diuinat q̄
ſi litis uates. Iuuena. Aut diſyphilus aut heri
manthus.
Ericumne Boetiæ fluuius ad trophoniū deū:
penes quem duo sunt fontes: quorum alter
potus memoriam affert: alter uero obliuio-
nem facit.
Erigonus fluuius est prope durchiopum: qui
ex illyrico per Perniam fluēs: maximum flu
men efficit.
Erigone Icarii filia. Tor.
Eritudo seruitudo. Fe.
Eripuiſti atq; abſtuliſti. Eripuiſti quicquid au
ri gēmaq;. Abſtuliſti quæ in unaquaq; re be
neficio. S. P. q. R. iuris habuit. Asco.
Eritrafalcos fluuius ī corporibus gignēs filios
Eripere cum datiuo fere in malam partem: cū
ablatiuo uero in utranq; ut eripuiſti me a pe
riculo: uel eripiā abs te filiam. Præripere est
in suos proprie usus: neq; temporis significat
anteceſſionem: ut Cicero pro Gallo. Demo-
ſthenes tibi præripuit: ne esſes primus ora-
tor. In paſſiuo uero significat antecapere: ut
morte præreptus. Dicimus etiā morte præ-
uentus. Rapere est auferre: ut raptas sine me
re Sabinas. uel uim afferre atq; uiciare: ut de
uirginibus: ut ſeneca. rapta raptoris: aut mor
tem: aut in dotatas nuptias optet. Laur
Eripere causam significat doli pro eo q̄ tenea-
tur oppreſſus. Vir. Tunc hinc ſpoliis indute
meos eripiare mihi. Teren. in phor. Atq; ex
hoc crimine antiphonem eripiam quaſi ex i
cendio. Donatus.
Eriboea nouerca mercurii: ideſt Iuno: ex ἔριδ
& βοῦον buccula siue iuuenca: quaſi lis buc
culæ: quia ifidem perfecuta est. T.
Erithia quas gades dicimus: inſulaſq; uicinas:
feretides enim uideē erithiam appellaſſe ga-
des.
Eritates proprii uiri: interpretaē enim ira in
fractus: ex ἔριδ ira & κατεσσω infringo. T.
Erichthonius ex ἔριδ lis χθονος terræ: natus
ex uulcani fæmine cum Palladi uim molire
tur ſparſo cum pedibus anguineis: unde cur
ru usus est: ut eos tegeret inuenit argētū: ut i
quit Pli. dicitur etiam erichtheus.
Erycina uenus ab eryce monte.
Erillus & pyrrho phi. de quibus Ci. de finibus
& de offi. meminit.

Erinnyes uel ut quidam dicunt erines furiæ i fernales.

Eripilis lacus hodie lacus montis orfani dicit' unde Lamber fluuius effluit Mediolanensis diocesis.

Erisipila est quem latini sacrum ignē appellāt idest execrādū per antiphrasim: siquidē in su perficie rubore quasi igne in intima uadunt loca: ita ut etiā febris excitetur.

Erix mons sicilię maxime memorat' ob delubrum ueneris ab ænea conditū: & ætna quæ cyclopes olim tulit: nunc assiduis ignibus flagrat. Pom.

Erix filius butæ & ueneris pugna cæstuū nobilis: in Sicilia eiusdem nominis collis: i quo ueneris fanum eximiæ uenerationis multis illic mulieribus ministerio deæ dicans ex Sicilia & aliis prouinciis ueneris tum ericinæ fanum Romæ erat ante portā collinā: quod Marcellus construxit deuicta.

Erinnys dea est quæ bello præest: ut Pallas: q. Paušanias Homerū obseruauit: imo erinnys furia dicitur.

Erosi scundus quam uocem apud iurisc̄ōsultos sæpius reperies: & hercius quē alio nomīe lo uem penetralem Romani uocauerunt aspiratione carent ertiū ertia antiquą dictiō: unde ercisi scundum dici uolunt: a coercēdo tracta est: unde & iouem ericium puto dictū: q. mala crederet' arcere: imo & aspirat': & ab ēp ve: idest sæpio deriuat'. inspice Homerum i xv. iliados: & ibidem Eustatium.

Eruca et ærugo: ut dicam: quod sentio aspiratione caret: nec enim finit ab hæreo uerbo: ut Apuleius uult: ærugo ab ære dicit': habetque diphthongum æ: ea ut inquit Plinius fit plurimis modis. Nam & lapide excoquit': ut æs diradit': & in aere calido perforato: atq. in cadis super acetum aereo obturato operculo multo probatior q. si hoc idem siquamis fiat: quidam uasa ipsa candidi æris fictilibus condiunt in aceto raduntq. decimo die alii uinaciis contegant: totidemq. dies radit' alii delinunt' euisc̄bem aceto spargūt' uersantq. spatiis sæpius die donec absumitur eodē sco be alii terere i mortariis æris ex aceto malūt ociissime contigit tenacior recisamentis in acetum abditis. Hæc Plinii uerba declarant æruginem ab aere dici quando ex aere fiat. Eruca uero aut quod urat dicta est: nā & lin guam pungit & sanguinem exurit: ut sit eruca quasi uruca: ut in principio essēt urusa: post ea cōmutatione litteræ eruca facta ē: ut ex ualesio ualeriius: ex fusio furius: ex ausēlio ausēlius: & ex asiara.

Erigone cū puēnissēt ad cadauer patris Icarii: quem agrestes interfecerant præ dolore laqueo se suspendit: tū canis interfecto domino ad erigonem domum uenerat: eamq. latratu ex gemitu excitauit ut se sequeret: prodiuxitq. ad patrem puella mortua: canis quo que spiritu ei parentauit. alii putant puellam se deiecisse in puteū anygrum: idest sine humore appellant.

Eriphyle uel eripile porta litis talaonis argiuo rum regis uel telestoris filia amphiarei uxor capta monili a uulcano facto.

Eriphysa insula ex æoliis quasi εριν lité φῦσα idest sufflans. T.

Erisitos uir qui cererē aspernabatur ex ēρῖσ & σῖτος quasi lis cum frumento.

Erithmos mons paphla genue.

Erythre boetiæ locus.

Erithrea urbs.

Erithrabolus urbs in quā omnes mulieres cōiecta concremauit pheron Rex: qui excepto oraculo lauandi oculos arina mulieris uirum suum tamen ex parte: cum uxorē pluri masq. fuisset expertus nihilo magis cerneba tur: quibus ob hanc causam concrematis de inceps expertus urinam cernēdi sibi utm restitutam sensit: eamq. in uxorem duxit.

Erithron mare rubrum.

Erythron rubrum fuit filius Persei & Andromadæ: a quo rubrum dictum est mare.

Erithea insula in gadditano: ubi existimat' habitasse geryones: uel aliā contra lusitaniam. Pli. in fine quarti.

Erichthonius etiam habet c aspiratum ante th ut initio dixi hic ut est in fabulis uulcani fe mine: dum ille Mineruam habere in cōplexibus contendit: nascitur absconsusq. in cista aglaues & Pandrosō custodiendus a matre traditur. adultus autem Panathænea. i. ludis palladi institutis. i. mineruæ athenæ matris honorem primus cōstituisse: arcemque & templum ædificasse dicitur. & ut Virgilius i georgicis. Primus erichthonius currus & quattuor ausus: Jungere equos rapidisque rotis sistere uictor. Apud barbaros definūt etiam nomina in ch ut Enoch & Lamech. & Sadoch.

Erythinus uiri & urbis proprium.

Erpyllus apud nos serpillus: q. radices eius lōge serpant: eadem & matris animula: q. mentrua moueatised aspiratur.

Eryx siciliæ mons drepano propiquus: ubi tē plum ueneris ab eryce eiusdem filio Bebryciorum rege ab Hercule victo. T.

Ercini lauinio & Albæ uicini erant: ac Romæ non longe distat a ricia & Helenæ errantiū.

Erodius auisin quam pallas conuersa est cum faueret ulyssi exploratori.

Erotema interrogatio: ut quo res summa loco

pantu. Tortelius.

Errabundus pro errans. Virgi. Si qua forte ferant oculis sese obuia nostris: Errabunda bouis uestigia. No.

Errare pascere. Vir. i. æneæ. Tris littore ceruos prospicit errantes. S.

Errare cum fecuritate pasci. Vir. Mille meæ siculis errant. & cætera. Ser.

Errare uestigare. Vir. i. æneæ. Vidistis si quâ hic errantem forte sororum. Ser.

Errare a græco: ut inquit Cloatius uerus. Aulus Gelius.

Erratio & error differunt. Est enim erratio pedum error animi & loci in quo erratur. Ter. in adel. Et minor est erratio. Do.

Erronem pusillum fugitiuum. Labeo definit: & ex diuerso fugitiuum magnum erronem esse: sed proprie erronem sic diffinimus: qui non quidem fugit: sed frequenter & sine causa uagatur: & temporibus in res nugatorias consumptis ferius ad dominum redit.

Eurifina urbs i ipsa latina uia: quam & teucus amnis radit ingens ad interamnem inter duos confluentes in unum flumẽ tacentẽ lirim & alterum cassiniam.

Eruum sunt qui putent aspirationem habere: quod ab herba dictum sit: ut sit eruum quasi herbum mihi magis placet: ab eruendo dictum esset. Nam ut legumen a legendo ideo sit carpendo: & lenticula quasi legenticula: sic eruum ab eruẽdo: carpitur enim & manu uellitur: ut alia legumina: nunc eruillum uulgo dicitur. Sunt tamen qui putent a græco dici quod est erbos: & aspiratione similiter caret.

Eruum & eruilla a græcis sunt dicta: quia illi eruum ὀρόβος eruillam ἐρεβίν appellabãt Festus Pom.

Erumpere pro emittere: & quasi exire: & erit actiuum uerbum positum pro neutrali. Aut erumpere pro exclamare: ut erumpere uocẽ dicitur qui exclamat. Terentius in eunu. Iam ne erumpere hoc mihi licet gaudium: & mihi pro a me. Do.

Erugere semel factum significat quod eructare sæpius. Illud enim perfectæ formæ é: hoc frequentatiue. Fe.

Aes antiquius dictum randusta quo porta randuscula Romæ. Asco.

Es pro esto. Lucil. in. xxvii. Collige te ac bono animo es uideo de rippis præmitur de panibus. Nonius.

Es imperatiui modi tẽporis præsentis: esto futuri est. Terentius in adelphis. Bono animo es. Donatus.

Esar fluuius ex appennino delabitur: fluitq; iuxta Pisas. Strabo.

Essui populi pacatissimi proximi ciuitatibus: quæ armoricæ appellantur lõge a Belgis circiter centum milia passuum: hos inter celtas fuisse coniectura est forte in Normania: aut britannia citeriore & regno Francorum siti.

Essedones funera parentum lætis: & i uictimis & festo coitu familiarium celebrant corpora ipsa damnata: & cæsis pecorum uisceribus immista epulando consumũt. Capita ubi febre expoliuere auro iuncta pro poculis gerunt. Hæc sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia.

Esciariæ mensæ quadratæ uocantur: in qbus homines epulantur. Anclabris ea quæ sacrificando diis anclaratur: quod est hauriaf mi nistraturq. Fe.

Eschrion cum esset poetice studiosus Alexandrum in eius expeditionibus secutus dicitur

Escas ciuitas dicitur esculium.

Esonides lasonfilius esonis.

Esca quære in dictione pastio.

Escit erit. Fe.

Esculentum & escarium ab escis: & ab edendo dictum. Mar. Cato libro de liberis educãdis. Fortuna se illos non natura præstare si quid datum sit his esculentum. Plautus in menæchmis. Ea enim uere lenta uincla sunt escaria. Nonius.

Esculẽtum ab esedulia: & quod græce ἐδᾶι latine gustat. V.

Esculetum ab esculo dictum. V.

Esculus arbor glandifera: quæ licet ab esu dicta sit: tamen æ diphthongo scribitur. Ser.

Esculum ciuitas est in agro piceno. Strabo.

Esculapii fons athanis est: & quæ in eo mergũtur in phalerio flumine in atrino campo delata comperiuntur.

Eserina ciuitas est in samia. Strabo.

Esis fluuius inter Anconã labitur: & Senegalliam: & in achiticum excurrit pelagus. Est autem fluuius esis in principio piceni agri. Str.

Esion ciuitas est in umbria: quæ ex oriculis ariminum permeanti ei a dextera occurrit. Strabo.

Espium tegmen equi ad mollem uectura paratum. M. Ci. de libe. edu. Mihi puero modica fuit una tunica & roga fine falceis calciamenti: equus fine espio: balneum quotidie num alueus rarus. No.

Esperus mons æthiopum est sub aphrico situs.

Ephæstos promontorium cretæ ody. T.

Esse pro nominari antiquorum more dictum Terentius in phormione. Quem semper te esse dictitasti. D.

Esse præsentis semper' temporis est. Ouidi. me tamorpho. Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tempus. Ser.

Essedarius gladiator qui in esedo pugnat: esseda autem uehiculi est genus.
Esseda uehicula apud Belgas Galliæ populos primo reperta. Vir. iii. geor. Belgica uel molli melius feret esseda collo. S.
Essedones scytharum populi in asia: qui funera parentum cantu profequuntur: & ex ossibus capitum pocula faciunt. Pli. iiii. T.
Aestas ab æstu: hinc æstiuus: ni forte a græco. Varro.
Estie promontorium bosphori est.
Esti pro æstus. Pacu. in chrisi. Esti forte ex arido. Varro.
Aestiua sunt loca umbrosa: in quibus per æstatem uitiatur solis calor. Statius. & umbrosis patuere æstiua licæi. æstiua quoq; p ipsis gregibus in æstiuo morantibus. Vir. iii. georgi. Nec singula morbi corpora corripiut: sed tota æstiua repente. Ser.
Esum es est dicebant ăti qui: & sic seruare analogiam debes: ut eram eras erat: ero eris erit: & cætera. Fui quod est tempus præteritū perfectum male cōferunt: cuius series sibi: ut debet in omnibus personis cōstat: quod est fueram fuisse m fuero. Varro.
Ex syllaba coniunctionem facit.
Explorare uerum inquirere. Vir.ænei.libro.i. Exire locoſcꝫ explorare nouos.

Explorare probare. Ci.in uerrem.actī.ſecunda Tum in reliquis explorata quidem atcꝫ pro uiſa. Lucilius libr.uigeſimonono. Certū ſcio eſſe ita ut dicis nam mihi erant de illo explorata omnia. M. Tullius de ſenectute. Quis ē tam ſtultus quis adoleſcens:cui ſit exploratum ſe ad uelperum eſſe uicturum. No.

Explorare ſiccare. Virgilius primo georgicoꝝ Et ſuſpēſa focis explorat robora fumus. No nius Marcellus.

Experiri eſt pati ſentire. Virgilius primo æne. Vos & cyclopea ſaxa experti. Terētius i ecy. Nam fuiſſe erga me miro ingenio expertus ſum. No.

Experiri tentare. Virg.iiii.æneidos. Ne quid i expertum fruſtra moritura relinquat. Terē. i eunu. Omnia prius experiri conſilio q armis ſapientem decet. Lucilius lib. trigeſimo. Sū matim tantū experiar refcribere paucis. Plau tus in aſina. dignos indignos adire atcꝫ experiri certum eſt mihi. No.

Experiri ſcire. M. Tullius in epiſtolis ad Brutū li.vii. His contraria atcꝫ parata: ut eſſe ſoleat expertus ſum. Vir.ix.ænei. Experto credite: quantus in clipeum aſſurgat.

Expedire utile eſſe. Te.in heau. Expedit bonas eſſe uobis:nobis quibus cū res eſt nō ſinunt Lucil.lib.xxvi. Ego enim aut puerītiā ut me amare expediat dictis. Te.in phor. Atqꝫ ea ſi poteſt uerba expedi. No.

Expedire liberari. Vir.ii.ænei. Flāmam ĩter & hoſtis expedior. Te.in ecyra. Teꝫ hoc crimi ne expedi. Siſen. hiſto. libro quarto. Funis ex pediunt clauſtra foribus impoſita periclitan tur. Nonius.

Expedire proferre. Virgilius primo æneidos. Cereremꝫ caniſtris expediunt. M. T. in uer. de ſupplīciis. Hominem proripi:atq; in foro medio nudari ac deligari: ut uirgas expediri iubet. Nonius.

Expedire colligere. M. Tullius ad Cæſarem iū niorem libro primo. Cæteris autem generibus tunc pecunia expedietur cum legiōibus uictricibus:erunt quoꝫ ſtipendia perſoluen da. Nonius.

Explere dicitur implere. Lucilius libro trigeſimo atque expleri bonis rebus faciariꝫ nunquam. Virgilius quarto georgicorum. Improbus illuuiem raniſcꝫ loquacibus explet. Nonius.

Explere minuere. Virgilius libro ſexto. Diſcedam explebo numerum rebarque tenebris. Nonius.

Exponere extendere. Cice. de ſignis. Vocat ad cœpam:deinde ipſe prætori exponit copias ſuas omnes. No.

Exponere deponere. Virgil. ix. æneı. Socios de puppibus altis exponunt. No.

Exponere differere. M. T. in phi. libro primo. Exponam uobis breuiter consiliú profectionis & reuersionis meæ. No.

Expugnare quære in uerbo debellare. L.

Exprobrare quære in uerbo opprobrium. L.

Exponere abiicere. Ter. in heau. erat hic corinthia anus haud impura ei dedi exponédam. Nonius Mar.

Expositum subiectum. M. T. in uer. actione secunda. Cum tibi exposita esset ad prandium omnis pamphilia. No.

Explanare manifestare exponere. Ter. in phor. quem amicum fuisse tuum ais istum explana mihi. Do.

Explicare ostendere explanare. Cicero in uer. de signis. Vitam alterius tota explicare. Idé de officiis libro tertio. Vt quædam sibi concedantur quo facilius quæ uolunt explicent Nonius Mar.

Explicare emittere extendere iquæ uirtus præter cæteras totam se ad alienas utilitates porrigit atq; explicat. Var. ferq; ulyssei uias stelligeras æthereis explicans æreq; cauo sonitum his i cothurnis. Explicare exercere. M. T. de offi. lib. iii. Explica atq; excute intelligêtiam tuam ut uideas quæ sit mea species firma non uiri boni. No.

Expectare sperare. M. T. de officiis libro secundo. Fit enim deterior qui accipit: atq; etiá ad expectandam semper paratior. Virgilius primo geor. Sed illos expectata seges uanis eluserit aristis. Nonius,

Expectare desiderare. Virgilius. Expectata uenis. Terentius in andria. Expecto quid uelis & deest scireut sic. desidero scire quid uelis. nam si tantum dixisset quid uelis nihil desideraret expositione. Do.

Expectatio & spes differunt. Nam expectatio certoq; est. Spes incertorum: & expectatio pinquarum rerum. Spes longinquarum. Expectatio destinat tempus. Spes non destinat. Expectatus etiá dicitur odiosus & molestæ uitæ. Nam filiis parentes aut amabiles sunt: aut expectati, amabiles boni: expectati mali, quorum mors in dies singulos expectida & exoptanda est. Expectamus ante diem. Speramus ad diem: unde auidior intelligitur ille qui expectat: q̃ ille qui sperat. Terentius i adel. Potiusquá ubi te expectatú eiecisset foras. Donatus.

Expectare experiri. Idem i phor. Ita eum expectarem: & expectare sperare. Ci. in catil. quid expectas? Donatus.

Expectare & sperare differũt. expectamus enim tam bona q̃ mala, speramus bona, Terentian. Atq; expectabam quidem cõtinuo præter spem euenit. Do.

Expectare est a deo poscere. No.

Expectare transferre euadere. Plau. in amphi. Sua si quid pro culpa expectare mortale: ut finat. Nonius.

Expectare accipere. Plau. in amphi. ergo expectant multa iniqua. Nonius.

Expleri & saciari habent differétiá. Expleri est tãtúmodo plenum esse: saciari supra modú. Lucre. libro sexto: deinde animi in gratiam naturam pascere speratque expleri bonis rebus: saciarique nunquam. Cicero de republica libro sexto. Graues enim dominæ cogitationum libidines infinitæ quædam cogunt: atque imperant quæq; expleri ac saciari nullo modo possunt eos quos illecebris suis incenderunt. Nonius.

Exprobratio est cõmemoratio beneficii cum enumeratione factorum. Do.

Expuere est cum fastidio aliquid deiicere & expellere. Nam expuere est ex: idest extra pus mittere. Pus enim est omnis humor corporis onerosus. Terentius in eunu, Illam ubi ex puerer miserian. Donatus.

Expiscari est diligentissime quærere ubiná pisces lateant. ergo tractum uerbum a piscatoribus. Ter. in phormione. Proinde expiscari: quasi non oris. Donatus.

Expergisceret pro expergisceretur. Pomponius in amagenone. Suppositio nequis miretur cum tam clare conuenit: ut si quis dormitaret expergisceret. Nonius.

Expalpabitur pro expalpabit: quod est extorquebit. Plau. in aulu. Seruus a patre argẽtum expalpabitur. Nonius.

Exprobrat qui cõmemorat quæ præstitit: opprobrat qui opprobrium obiicit: hoc est uitium. Caper.

Expungo emitto foras: tractum a militibus q expuncti dicuntur: dum foras e militia mittuntur. Cornutus in Persium.

Expugno uero expunxi diximus. Pri.

Expergiscor quod a pergo est experrectum fait: quis uetustissimi expergitus dicebat. Lucilius lib. iii. E somno pueros cum mane expergitum clamas Celius: & si ego obdormiro ture ipse ubi eris experrectas.

Exponere differere. Ci. in philip. libro primo. exponam uobis breuiter consilium profectionis & reuersionis meæ.

Exploratores qui secreta nunciant hostibus. p. ditores sunt: capitis pœna luunt.

Expugnatur nauis cum spoliatur aut mergit: aut dissoluit: aut pertúdit: aut funes eius exciduntur: aut uela conscinduntur: aut anchora in uoluitur de naui.

Experientia usus non doctrina. Virgilius primo georgicoge. Arq; apibus quanta experientia parcis. Ser.

Exploro delibero. Vir. primo æne. Truus est regina quod optes explorare labor. Ser.

Explodo eicio utrupero. Ci. primo offi. aristonis pyronis & cerilli iampridem explosa sententia est. Ser.

Expleri fic dist̃inguitur a faciati: ut expleri tumodo plenum esse; faciari uero ultra modum. Lucili. libro sexto: expleri bonis rebus faciari nunq; Ser.

Explicauit Cl. dicere maluit: q̃ explicuit: quia iucundius ad aurem cõspectius q; quod esset usitatius coeperat. Verba sunt hæc ipsius in oratione quã de imperio Gn. Pompei habuit. Testis est Sicilia q̃ multis undiq; cinctis periculis non terrore belli: sed consilii celeritate explicauit: ac si explicuit diceret imperfecto & debili numero uerborũ sonus clauderetur. Aulus G.

Expensum ferre est scribere: & pecuniam dedisse. Af.

Exquiria ludi quos Romulus Marti instituit: per equorum cursum: qui in campo martio exercebatur. Festus. Vel equiria ab equorũ cursu. eo enim die currunt in campo mártio ut inquit Varro.

Exquirine iusiurandum per quirinum. Fi.

Exquisitum. Varro. i aiace. Stramentitio ac re ger medicos exquisitum ut. comaleciceret. Nonius.

Exquilinæ secũdæ regionis: alii has scripserũt ab excubiis regiis dictas. Alii ab eo quod excultæ a Rege Tullo essent. Var.

Exquiliæ duo mõtes habiti: quod pars cesspes mons suo antiquo nomine: etiam nunc i fasciis appellatur. Varro.

Exquilinus lucus Romæ fuit sub monte qui oppius dicitur.

Exquinus est cesspius mons sepriceps apud ædẽ iunonis lucinæ: ubi ædit̃imus haberi solet. Varro.

Exthodus æque est mæsie fluuius.

Erogare est ex lege ueteri aliquid eximere per nouam legem. Festus Pom.

Expes dicitur quasi sine spe. Actius in eurysa. Ille urbis expes liberum medea exuli iter hospes expes expers. No.

Exquiruntur noue positum a Vir. Pacemq; per aras exquirunt. Macro. de sa.

Extra dicta quod ea diis præsecẽtur: quæ maxime extant eminentiq. Fe. Pom.

Exter quoq; inuenitur. Statius in. xi. Sed quid apud tales qs nec pignora sua cura exter hos nos. Ex quo Vir. in. iii. ænei. Extera quærere regna. Pri.

Extinus quoq; pro extremus antiqui dicebãt. Plinius sexto natu. histo. Duchium canusium Apuliæ extimum. Pri.

Exterior extremus uel extimus. Plaut. in truculẽto. Bona perdidi mala repperi: factus sũ quasi extimus a uobis. Pri.

Extingo extinxi cuius simplex stinguo raro ẽ in usu. Virg. iiii. ænei. Cum genere extinxem meme super ipsa dedissem: pro extinxissem protulit. Cicero tamen in arato. stinguẽs participio. usus est: quod a uerbo stinguo nascit quem neq; tempestas pertinet: neq; lõga uetustas interimet: stinguens præclara insignia cæli. Idem passiuum eius uerbi in prognostiis protulit. Vt cum luna meaans hyperionis officit uerbi stinguntur radii cæca caligine tecti. Prisc̃ianus.

Extricata expedita liberata. Hora. li. car. cerua plagis extricata. Acron.

Extimum extremum significat: ita ut intimo sit contrarium. Fe. Pom.

Exterraneus ex altera terra. Festus Pom.

Exterricineus quoq; dicitur is qui ante tẽpus natus: uel potius electus est. dictus autem ex terricineus ut q̃ cum nexter exterrita aliud eiecit. Fe. Pom.

Externus ex alia terra. Fe.

Extorris dicitur extra terrã uel termios. Actius in euryface. Nũc per terrãm uagus extorris regno extu: batus mari. Turpil. i lemnis. Neq; durare possunt: ita hæc inicitia atq; de mencia facit extorrem. Salu. i iugur. Sicuti ui deris extorrem patria domo inopẽ & cooptum miseriis effecit. N.

Exterminati est extra terminos missum. Lucil. li. xxix. Non redíret ad se atq; illam exterminare miseram. M. T. de officiis lib. iii. Arq; omne genus pestiferum: atq; impium ex hominum cõmunitate exterminandum est. N.

Exterebrare é uel aliquid extorquere & scrutari & curiosius quærere. Plau. in astraba. cũ curiosius loqueretur terebratum quidẽ per tundit. Nonius.

Extundere est extorquere uel inuenire. Asra. i epistolis. Itaq; adeo extundo exosticio datur mihi custodiendus. Virgi. in geor. Vt uarios usus meditando extunderet artes. Paulatim. Nonius.

Extinguere inter & opprimere iteresse uoluit. Tul. de amici. ut sir maius opprimere q̃ extinguere. Primum danda opera est: ne qua amicorum diffidia fiant sin rale aliquid euenerit ut extinctæ potius amicitiæ q̃ oppressæ uideantur: quasi quod extinguitur possit reclamari: quod opprimitur non queat. No.

Extrũpices proprie haruspices dicti sunt quod extra aspiciãt, Actius in medea. Principio ex-

tiſpicium ex prodigiis congruens ars te arguit. Varro in ſerano. Te in conſulem mihi pedum cedere ſubſidio & hoſtia: ſed extiſpici diſputanti relinquo.

Extrariũ quaſi alienũ. Afra. inſuſpecta ut me eſſe in hac re ducãt abs te extrarium. No.

Extrarium ab extraneo ſic diſtinguiſ. extrarius q eſt extra focũ ſacramẽtũ: iuſq; ſit extraneus ex altera terra quaſi externaneus. F.

Extrahunt pro exibunt. Afra. in actio. Simul li men intrabo illi extrahunt illico. No.

Exterritum pauefactum ſignificat. Virgili. v. æne. plauſumq; exterrita pennis. dat tecto in gentem. Varro ĩ eumenidibus. Videmus populum furiis inſtinctũ tribus diuerſum ferri exterritum formidine. No.

Exterritum accenſum inflãmatum. Vir. geor. libro tertio. Sæuit agris aſperque ſiti: atq; ex territus æſtu. No.

Extollere differre. Cecil. in plocio. Abi intro atq; hæc aufer: tamen hodie extollet nuptias. Nonius.

Extundo ſtudioſe reperio. Vir. i. geor. Vt uarias uſu meditando extunderet artes.

Extemplo illico: & eſt auguꝝ: fermo. tẽplũ eni dicit. locus manu deſignatus in ara: poſt quẽ focum illico captanꝫ auguria. Virg. æneĩ. Ex templo æneæ ſoluunt frigore mẽbra. S.

Extemplo eſt uerbum auguꝝ: qui uiſis auguriis extemplo ſurgebant. Ser.

Extendere egredi. Fe.

Exterminauit ut cõterminauit dementẽ fecit Catul. Ha miſeria aſſiduis quam luctibus ex termiauit ſpinoſa eritina ferens ĩ pectore curas. Nonius.

Extorquere & torquere differũt. Torquemus enim hominem. extorquemus ueritatẽ. Te. i adel. Immo hercle extorquere. Do.

Extimare unde eximias pecora dicuntur quæ a grege accepta ſunt ad uſus dominoꝝ: ſuorum ut uberius paſcãt. Sed ꝓprie eximii ſũt porci maioresq; ad ſacrificandũ excepti ubertius paſcanſ: & boues qui ad hoc electi ſunt egregii dicunſ & oues lectæ. Vir. Mactant lectas de more bidentes. Ter. in ecy. ut eximiũ neminem habeam. Do.

Extrudere proprie dicitur q manibus expellit & eſt uerbũ neceſſitatis. Teren. in ecy. Eo amante inuitum Pãphilũ extrudit pater: nũc tranſlatione utitur cũ dixit extrudit. Do.

Extrema linea. Quiq; lineæ perfectæ ſunt ad amoremuſus: colloquium: contactus: oſculacoitus. Donatus.

Extillare eſt gutture exponere & extillare ipſũ corpus guttatim finiri. Teren. i phor. Lachrymis ſi extillaueris. Do.

Exui eſt exolui. Vir. ii. æne. Suſtulit exutas uincliſ ad ſidera palmas. No.

Exui nudari. Vir. v. æn. Magna oſſa lacertoſq; exuit. Nonius.

Exui liberari. Lucil. li. xxx. Vnde domum uix redeat uixq; hoc exuat ſe. No.

Exuere deponere. Vir. æne. li. iiii. Et ſi qs precibus locus exue mentem. No.

Exulo duobus modis dicit: & de loco in quo exul eſt: & de loco in quo electus eſt. Teren. i eunucho. Nam domo exulo. Do.

Exultare ſæuire. Marcus Tul. de republi. libro quarto. Quæ ſanguie alitur: quæ omni crudelitate exultat: ut uix hominum acerbis ſuneribus ſatietur. No.

Exultare eſt geſtu uel dicto iniuriã facere. Lucil. lib. xxx. Quin totum purges de bella ſiue decueras exultes ſollicites. Vir. v. æne. Exultantiaq; haurit corda pauor. No.

Exultare cum iactantia gloriari. Virg. x. æneidos. At medias inter cædes exultat amazon Marcus Tullius in horten. Imbecillis autem eſt pudoris magiſter timor qui ſiquando ab errauerit: ſtatim ſpe impunitatis exultat. Et de fenectute. Hannibalem iuueniliter exultãtem patientia ſua molliebat. N.

Exultare ſupra modũ exilire & efferri. M. Tullius de repu. Eſt igit quiddam turbulentũ ĩ hominibus ſingulis: quod uel exultat uoluptate uel moleſtia frangitur. No.

Exuuias & ſpolia nõ ſolum hominum tegmina: aut ueſtes dici poſſe Virgilius auctor eſt libro ſecundo georgicorum dicens de ſerpẽte. Cum poſitis nouis exuuiis nitiduſq; iuuẽta uoluit. Lucretius. Nam ſæpe uidemus ſlorum ſpoliis uere uolitantibus auctas. No.

Exuerint ſilueſtrem animum Virgilius dixit noua ex cogitatione intellectus. Macrobius de ſatur.

Exuuiæ ab exuendo dictæ. Fe.

Exules dicuntur extra ſolum. Virgilius tertio georgicorum. Longeque ignotis exulat oris & ſequẽtibus. Et ſtabula aſpectans regnis ex ceſſit aaitis. Nonius.

Exurigo fames. Varro in taphemenippo. Vbi iubet ire accubitum accedo ſtrennuus ſubli mus quod exurigo fundebat coſtas. Nonius Marcellus.

Exygmare thebano idem par monſtrumꝫ thebano exygmari.

Exygma thebanum propoſuit ſpinx oedipo: quis eſſet qui prius quattuor pedibus mox duobus: poſtremo tribus reſpondit œdipus eſt homine: autor eſt Diodo.

Latinæ dictiones: græcæ uero per ph. ut phyrne phalanx faleræ facile. Caper.
Faberis: hic & farfarus dicit. fluuius sabinoꝝ est:& corrupte faber nũcupat a pluribus

Fabam nec tangere nec nominare diali flaminí licet q ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuaribus iacitur laruis & parentalibus adhibetur sacrificiis:& in flore eius luctus litteræ apparere uidentur.Fe.

Fabacia carneam deam : quæ uitalibus præest. templo sacrauit antiquitas; cui pulte fabacia & latitudo sacrificatur: quo diis maxime rebus uires corporis roboretur. nam & Kalendæ Iuniæ fabariæ uulgo uocantur:quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibent. Macrobius.

Fabellæ.Marcus Tullius de finibus bonorum libro quinto.Libenterq; se cum his cõgregat dantcq; se ad ludendum:fabellarũq; auditiõe ducuntur.No.

Fabitronem fautorem.Lucil.li.xxi.Fabitronẽ tibi me amicum amatorem putes,Nonius.

Fabulæ a uerbo fari:ut tragœdiæ & comœdiæ dicta.Varro.

Fabula est in qua nec ueræ nec uerisimiles res continetur:quia nec argumenta comœdiaꝝ fabulæ sunt:& tamẽ uerisimiles: ut apud Terentium.Populo ut placerẽt:quas fecisset fabulas.

Fabianus fornix inquit Pedianus:arcus est iuxta regiam sacra uia Fabio Censore constructus:qui deuictis allobrogibus nominatus ẽ ibiq; scuta eius posita'pp ẽ.

Fabula siue comica : siue tragica quinq; actus habere debet. Asco.

Februarium mensem dicauit Numa Februo deo:qui lustrationem potens creditur . Macrobius de fatur.

Fabre quære in cistella.Ful.

Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat q tigna dolarent:sed omnes qui ædificarent.

Facessere significat interdum facere: ut ẽ iussa facessunt.Interdum uero pro abire poni.ur. Pacu.Facessite omnes hinc & abite.Fe.

Facessere est facere.En.in annali.libro primo. Hæc affatus ubique latrones dicta facessunt Afra.in imis.Multa atq; molesta es potiri:ut dictis facesses.Virg.iiii.æne.Imperio læti parent ac iussa facessunt. No.

Facessere significat recedere.En.i eume. Dico uicisse Horestem:dico hinc facesiste. Titin.i gemi.ut aliquis uestrorum nunciet gemino ut res suas procuret ædibus facesſat.Pacu.in teucro . Te repudio nec recipio nec dico facesse.Item.Facesſite huc omnes parũper tu mane.Cicero de legibus lib.primo.Paulisper facessant rogemus. Afra.in liberto. Nolo hic te uideat dominus est puer facesse hinc.Plautus in rudente. Siquis sis impudicus hinc facessas.M.T.in horten.Facessant igitur oẽs q docere nihil possunt:quo melius sapiẽtiusq; uiuamus. No.

Facessere facere & producere duas res significat.Ter.in phor.Hæc hinc facesſat:& huc te fac;dicitur pro huc accede.Do.

Facem in nuptiis in honorem Ceteris præfere bant:aqua etiam spargebatur noua nupta:si ue ut casta:puraq; ad uirum ueniret : siue ut ignem atq; aquam cum uiro communicaret Festus.

Facetus est qui facit uerbis quod uult . Ter.in eunu.Facete laute lepide : & dicta & prouerbia:& adagiones q rem agant facetis hominibus ascribunitur.Donatus.

Facere apertam habet significationem ; facere rem diuinam religionibus exhibere. Plau.in aulu.Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.Vir.in bucco . Cum faciam uitula p frugibus ipse uenito. No.

Facere aliquando est recipere:ut facere stipendia.

Facere inde facinus. facere enim quis & homicidium dicitur.Commerui minoris culpæ ẽ Peccaui multo minoris & leuioris. Terẽtius in andria.Quid feci:aut cõmerui pater. Donatus.

Facere fingere inuenire i hoc differunt.Fit qñ uerum est.Fingitur quod falsum . Inuenitur ne temere fiat. Terentius i andria.Facite fingite inuenite.Donatus.

Facere oportere etiam hanc significationẽ habet:ut abstineat quis ab eo facto:quod contra conuentionem fieret & curare ne fiat.

Facere uerbum omnem omnino faciendi causam complectitur dandi uindicandi ambuladi.

Facere & ícipere differũt.Facimus mediocria: Incipimus magna. Do.

Facere rem diuinã religionibus exhibere. Virgilius in buccolicis . Cum faciam uitula pro frugibus ipse uenito . Et Cicero pro Muræna.Nolite a sacris patriis lunonis sospitæ cui omnes consules facere necesse est domesticum:& suum consulem potissimum auellare.Seruius.

Facesso frequẽtatiuum est uerbum . Virgilius æneidos quarto.Imperio læti parent & iussa facessunt. Ser.

Facesso a facio discedere significat.Teren.Hic nunc facessit.

Faces quid est quod nec plures nec pauciores sed quinq; tantũmodo in nuptiis accenduntur.

quas cereos appellant: an illud est quod Varro prodidit Impatores tribus uti solitos esse in ædilibus plures adhiberi. moris est autem ut ab ædilibus qui uxores ducūt: faces accēdant: an quod cum plurimis in rebus numeris utantur: cum in cæteris melior ac profectior sit: & ad nuptias impar numerus cōuenientior atq; aptior habebatur. Par enim numerus & interuallum suscipit: & eius paritas aduersaf ac pugnat. Impar uero omnino scidi non potest. Sed si diuidatur semper aliqd cōmune relinquit. Ex omnibus uero impar ibus numeris quinarius potissimū nuptialis est. Tria enim primum imparis locum tenent: duo uero paris: ex quibus tanq̄ ex mare & fœmīa quinarius cōmiscetur numerus an illud magis q̄ cum lux generatiōis signū sit: mulier uero non pluris q̄ quinq; uno partu natura potest edere. Iccirco totidem utūt facibus: tan q̄ deos quinq; precāri eos putāt qui matrimonio cōiunguntˉ louem adultū Iunonem adultam: Venerem suadellam: & i primis dianam: quam etiam in partu & dolo ribus mulieres inuocant.

Facibus cur utantur in nuptiis: quære in dicti one nuptiis.

Faciem totius corporis formam: idest os posu it antiquitas prudens: ut ab aspectu species: & a fingendo figura: ita a factura corporis facies. Plautus in pœnulo. Sed earum nutrix: q̄ sit facie mihi expedi: statura non magna: cor pore aquilino ipsa est. Pacuuius. Nupta ætate integra: feroci ingenio: facie procera. Salustius libro secundo. Sardinia in aphrico mari facie uestigiū humani in occidentem q̄ in orientem latior. N.

Facessas idest recedat fuadeo in conuiuiis in q̄ bus lætitiæ insidiatur: ita uerbis sfomaticis idest occultis deluſiōibus: & facetis dictis facessas. Seruius.

Facinus factum. Salustius in catil. Qui aliquo negocio intenti præclari facinoris: aut artis bonæ famam quærit. Terentius in heau. Nō fit sine periculo facinus magnum & memorabile. Marcus Tullius de offi. lib. tertio. Promissum potius non faciendum q̄ tætrum facinus admittēdum fuit. & de senectute. Nullum deniq; scelus: nullum facinus esse: ad quē suscipiendum non libido uoluptatis impelleret. Nonius.

Facinus rurium scelus. Salu. in catil. Sed in cōiuratiōe fuit Quin. Curius haud obscuro loco flagitiis atq; facinoribus coopertus, Marcus Tullius de offi. libro tertio. Ab hoc nulla fraus aberit: nullū facinus. Nonius Marcellus.

Facio æstimo. Ci. ad. C. Cæsarem. Eius libertū apollinium: iam qui cum uiueret ipse & magnificaiebam & probabam. Ser.

Facio te certiorem: non certum dicimus: neq; ago. Virgilius uero metri causa dixit. Anchisem facio certum remque ordine pando. Item facio tibi gratum: facio ludos: rem diuinam sacrificium: solennitatem: iacturam: damnū: naufragium non ago. Quintilianus: In portu naufragium fecimus. Item feci fugam pro fugi. Feci timorem ideſt timui: Feci iter: feci uiam. Copiam rerum nostrarum potestatē: non egi uel dedi: feci lucrum: non acquisiui lucrum: feci urinam: stercus non emisi. Item facio tibi iniuriam contumeliam. Item afficio te iniuria: contumelia: afficio te molestia non autem facio tibi molestiam. Feci sermonem potius quā habui: habui orationem nō feci. Laurentius.

Facies ſgenitus cuiusque rei aspectus haud facile mutabilis modus & factura: non os tantum ac genæ: quod Græci προσωπον uocant: ut enim ab aspectu species: a fingendo figura: ita a faciendo facies: ut egregia littera rum facies: & mōtis facies: ut etiam Plautus in pœnulo: pro totius corporis colorisq; habitu posuit. Sed earū nutrix qua fit facie mihi expedi: statura non magna corpore aquili no ipsa est: ſspecies uenusta: ore atque oculis pinguis.

Facio ad corpus. Vultus ad animum refertur atque uoluntatem. Vnde descendit a uolo uultum supino ātiquo. Inde uultus mœstus iratus. Inde superficies non discrepās a facie: ut facies maris hominis illud quod primū i tuemur in homine: dicimus tamen confuse: fædata facie: fædato uultu. Lau.

Facies antiqui dicebant ut fides. Fe.

Facies ideſt ſpecies. Vir. vi. aenei. Quæ rep; facies o uirgo effare. Ser.

Facies ſimilitudo. Virgilius secundo georgicorum. Nec pingues unam in faciem nascunt oliuæ. Ser.

Facies huius faciei declinabant antiqui: sicut dies huius dies. Virgilius. Libra dies somni quæ pares ubi fecerit horas. i. libra diei somnicq;. Similiter dicebāt fames famii: pernices pernicii: progenies progenii: luxuries luxurii acies acii: dies dii. Virgilius. Munera lætitiāque dii. i. diei. Au. G.

Faciunt notū esse non diffitebere: quod ad diē xii. Kalendas ianuarias. Herculi & Cereri faciunt fuæ prægnante panibus mulso. Macr. de saturna.

Facitur quoq; & facio pro fit protulerunt auctores: ut Hora. in tinico. Sine me hercle pugnant: & deorum cura non satis facitur reſpu blicā. Titin. in quinto. Consiliū bonū gratia

paruifaciant:faceſſit quoq; Ci.pro Cluentio protulit.Sed hoc polliceor oibus:ſi cui forte hac lege negocium faceſſit. Vnde igit ſi plæriſq; uerbis compoſitis actiuum eſt: ut facio perficio & proficio.Pri.

Faciundum:legendum:ſcribendum:dicẽdũ:uigilandum:torum hoc neceſſitati ſemper adiungitur. Teren.in eu.Faciundum fuit. Do.

Facilis exorabilis ad ignoſcẽdum paratus.Virgilius quarto georgicorum. Et faciles uenerare napæas.Ser.

Facilis & clæmens in hoc differunt;q facilis ẽ cuius ira cito ſoluit. Clæmens q nõ irafcit. Te.i adel. Re ipſa repperi facilitate nihil eſſe homini melius neq; clæmentia. Do.

Facile & ferme aduerbia ſunt exiſtimatiõis & confirmantis:& ferme pro facile ponit:& facilitatem ſignificat.Terentius in and. Fidelẽ haud ferme mulieri inuenias uirum.i.liquido & manifeſto.Et facile ꝓ certo ueteres dicebant.Ci.illius ciuitatis facile princeps ferme aduerbiũ eſt feſtinantis. Terentius in andria.Iam ferme moriens. Do.

Facile pro non dubie ſuperlatiuum deſiderat: ut facile utliſſimus. Comparatiuum quoq; & nomina ſignificantia diuerſitatem: ut facile diſſimilis:& cõpoſita a præ: ut facile præſtat.Laurentius.

Factio & factioſus initio honeſta uocabula erant:unde adhuc factiones hiſtrionũ & quadrigariorũ dicũt. Modo autẽ nomine factionis ſeditio & arma uocant.Fe.

Factio dicit malos conſenſus & conſpiratio. Salu.in catil.Inter bonos amicitia: inter malos factio.No.

Factio item ſignificat opulentiam:abundãtiã: & nobilitatem.Sed iam metuo hercle cæſone nimis ſtulte fecerim:qui ex tanta factione aut opibus ea ſum auſus aggredi. Plautus in aulu.Iſtas magnas factiones.Idem i trinũmo Veſtras cum noſti factiones atq; opes. Turpilius in tranſlatione non utilitate factiõe frætus interdicere.Cæcil.Famam filium occultabat factio.Nonius.

Factio eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia:cũ aliqui principes in ciuitate fieri conãtur:inter quos eſt æmulatio qui factioſi dicuntur ciuium quiſq; multitudinem ad ſe trahens: conſiliocq; qui dicuntur clientes. Seditio uero a ſeorſum ſedendo uel eundo. Virgil.hoc ſcribens ait. Ac ueluti magno in populo cũ ſæpe coorta eſt ſeditio.Dicitur ſeditio i exercitu:in claſſe:in ſchola.Lau.

Factio eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia iter quos æmulatio eſt: qui ciues & factioſi dicũtur:ac trahentes ad ſe per has nephaſq; multitudinem clientum.

Factioſi ab una faciendo:ſic ab una agendo actioſi dicti.Varro.

Factioſus ꝙ factionem amat.Lau.

Factor non dicitur:ſed auctor. Lau.

Factum iri audio illi iniuriã: factum iri audio contumeliam:dictum iri uulgo quod ita dici uulgo.Et is nunc etiam figuram iam i mediam loquendi uſus.Iccirco exemplis ſuperfedeo.Sed contumelia illi uel iniuria factum itur:paulo eſt remotius. Exemplum igit ponemus.M.Cato pro ſe cõtra.C.Caſſiũ. Atq; euenit ita quirites:ut in hac cõtumelia:quæ mihi propter huiuſmodi petulantiam factũ itur rei quoque publicæ medius fidius miſerebar quirites.Sicut autem contumeliam factum iri ſignificat ad contumeliã faciendam operam dari:quo ſtat cõtumelia: ita factum itur caſu tantum mutato. Idẽm dicit Aulus Gelius.

Facul antiqui dicebant & faculter,unde facultas & difficultas uidẽt dicta:ſed poſtea facilitas morum facta eſt facultas rerum.Fe.

Facul pro faciliter:huic cõtrarium eſt difficul. Lucil.libr.vi.Peccare impune rati ſunt poſſe & nobilitate facul propellere inimicos. Pacu. in teucro.Nos illum interea proficiendo ꝓpitiatoros facul remur.Afra.in acti.Haud facul ut ait Pacuuius: fœmina inuenietur bona.Actius i meleagro. Erat utile iſtuc ferre aduerſam fortunã facul.Varro in bimarcho Quod utrum ſit magnum an paruum facile an difficul.N.

Facundi ad hæc eandem uocem qui facile ſantur facundi dicti.Varro.

Faciẽdi uero reddendi eriã cauſa comminet.

Fatur is homo qui primũ ſignificabile emittit uocemab eo anteꝙ ita faciant: pueri dicant infantes:cum id faciũt iam fariũ cum hoc uocabulorum a ſimilitudie uocum pueri: ac fatuus fari id dictum. Varro.

Faciundũ puto ut paucis rationem noſtri cõſilii demus.Ci.inqt fuit quod faciẽdũ putauit & factũ.Quintil.ꝙ ſi nemo miratur poetas maximos ſæpe feciſſe:ut principiis opeꝙ ſuorum muſas inuocarent. Hic uero aliud eſt quod facit:aliud autẽ propter quod facit cõmitto ſicut differunt ponitur.

Facto opus eſt:fieri opus eſt:dici opus ẽ: & dicto:pugnari opus eſt & pugnato:ꝑ facto & dicto pugnatu.Quomodo.n.ifinita rẽ uerbi ſignificant:ſic hæc participia ꝑ ifinitis uerbis ponũtur:& ſignificat paſſionem.Supina in u magis ſignificant nominatiuo ſiungunturiut nec dictu facilis: nec uiſu effabilis ulli. Virgilius.Statius uero cum uerbo iunxit:quem tunc uenientem limine primo expectat.

Fælis cata eſt:licet alii eſſe aiãt:quod uulgo fui

ſiam appellár. Ci. tuſcu. li. v. Aegyptioꝝ morem quis ignorat: quoꝝ imbute mentes pra uitatis erroribus: quis carnificiam prius ſub irent: q ibi aut aſpidem: aut faſcinam: aut canē: aut crocodillum imolent.

Faecelmus Siciliæ fluuius eſt pelloro iunctus: & Dianæ templo conterminus.

Fagus arbor glandifera: antea quidem homies glandibus ueſcebāt: ſed cum ph ſcribitur: q a græcum eſt: nec eſt ut fama fuga fur. Ser.

Fagutal ſacellum louis: i quo fuit fagus arbor: quæ louis ſacra habebatur. Fe.

Fagutal a phago, unde etiā louis fagutalis: qđ ibi ſacellum. Varro.

Falacer deus quidam pater pomorum.

Falarica telum maximum. Virg. in. xi. Sed magnum ſtridens cōtorta falarica uenit. Fulminis icta modo. En. Quæ ualidæ ueniunt: & hoſpitium lac humanū falleſſe. Nonius.

Falarica genus teli miſſile quo utūt ex falis. i. ex locis extractis dimicantes. Fe.

Falcones dicti quoꝝ digiti pollices intus ſunt curuati: a ſimilitudine falcis. Fe.

Falces & harpagæ armoꝝ genera muroꝝ oppugnationibus apta. Siſen. hiſto. li. iiii. Falces iniectas cōminuūt puteos collatis harpagis prius deiiciunt, mittunt e turribus. Nonius Marcellus.

Falces a farre littera cōmutata. hæ ſi campania ſeculæ a ſecando: & a quadam ſimilitudine: harum aliæ falces fœnerariæ: aliæ adoreæ: aliæ dumariæ: quæ & ſcirpicule: quibus ſecāt dumeta. Varro.

Falernus regio ē Cāpaniæ uini fertilis. Acron.

Falernus ager. Liuius li. xxii. Caſtris ad uulturnum amnem cōmutatis. Aſdrubalē cū equitibus in agrum falernū prædatū dimiſit uſq; ad aquas ſinueſſanas. Eſt autē ager falernus: qui a Caleno oppido ad Caſilinū: ideſt caſtellacium protenditur. Liuius uero agrum falernum a Campano diuidere uidetur.

Falernum promontorium eſt Corcyræ inſulæ ex quo in mare protenditur ſcopulus quem a ſimilitudine Vlyſſis nauē fuiſſe dixere ueteſtī.

Falernum. Quid in Italia utenſile non modo nō naſcit: ſed etiam non egregium non fit: quod far cōparandum Campano: quod triticum apulo: quod uinum falerno: quod oleū uenafrano: non arboribus cōſita Italia ē: ſed ut tota pomariū uideaſ. Varro.

Falæ turres ſunt ligneæ. Ennius libro quintodecimo. Malos diffundunt: fiunt tabulata ſaeque hæ ſunt. Et Cicero: quod apud ueteres propter ſpectatores e ligniis erigebantur. Nonius.

Falæ dictæ ab altitudine: a falēdo: quod apud hetruſcos ſignificat cælum. Fe.

Faleratus honeſtus atq; ornatus. Terentius in phor. Adeo te eſſe negociantem atq; impudentem Phædria ut faleratis dictis ſeducas me: ſed cum ph ſcribendum: quia græce phalara. Donatus.

Falerii oppidum eſt in mediterranea Thuſcia falerios pergentem quidam eſſe faliſcos propriis ſermonibus ciuitatem poſuerunt: alīq eam ſinfaliſtum appellant in uia flaminia iacentem. Strabo.

Faleri oppidum a fale dictum. Fe.

Faliſcum oppidum eſt in mediterranea Thuſcia. Quidam faliſcos gentem per ſe eſſe aiūt Strabo.

Fallere exurgere. Varro in menalippa. Tam eū ad quem ueniunt: & hoſpitium lac humanū falleſſe. Nonius.

Faleræ ſunt bellica ornamenta. Salu. in iugurt. bello. At ſi res poſtulāt haſtas uexillum faleras alia militaria dona. & Virgilius æneidos libro nono. Euryalus faleras ramnetis & aurea bullis cingula: ſed cum ph ſcribe: ut iam dictum. Nonius.

Fallam pro fallaciam. Neuius in decurtis. Menon uocabit ob eam rem hanc feci fallam. Nonius.

Faliſcorum oppidum hodie montem Flaſconem nominant in Hetruria.

Fallarica telum eſt ingens torno factum: habens ferreum cubitale: & rotunditatem de plumbo in modum ſperæ: & in ipſa ſummitate dicitur etiam ignem habere affixū: hoc autem telo pugnatur de turribus: quas phalas dici manifeſtum eſt. Iuuenalis. Conſuluit ante phalas delphinorumque columnas. Ergo a phalis dicta ſunt phalarica ſicut a muro muralis. Sane phalaricam, Et Lucanus dixit neruis mitti tortilibus: quod quandam machinam: ut hunc tortilibus uibrata phalarica neruis obruat. Virgilius uero ait. Turnū manu iaculari potuiſſe. Vnde Ennius libro nono. Sed magnum ſtridēt contorta phalarica uenit fulminis acta modo. No.

Fallaci loquentiæ. Marcus Tullius de finibus bonorum & malorū libro quarto. Quæ dili gentiſſime contra Ariſtotelē dicunt a chryſippo ex ea difficultate ille fallaci ſoquentiæ Nonius Marcellus.

Falſius & falſior cū rationabiliter dici poſſunt non tamen conſuetudine. Feſtus.

Falſum quid ſit quæritur & uidetur id eſſe ſal ſum: ſi quis chirographum alienum imitare tur: aut libellum uel rationem itercidat: uel reſcribat: non qui alias in computatione uel ratione mentitur. Pau. de falſis.

Falsum tutorem eum uere dici qui tutor non
est. Paulus respondit: siue habenti tutoré da
tus est: siue non: sicut falsum testamentú: qđ
testamétum non est: & modius iniquus: qui
modius non est. Pau. de uer.

Falsum habuit pro fefellit. Salu. in iugur. Neq;
ea res me falsum habuit. Nonius.

Falsæ litteræ: & falsæ monetæ: quæ ad fallen-
dum cõficiæ sunt sub eius imitatione cuius
nõ sunt. Plinius libro. xxxiii. Miscuit æri fal-
sæ monetæ. Et libro. xxx. Qui super cætera
scelera falsas etiam litteras signo adulterino
T. Quintii signatas redditerunt regi. Et ite-
rum. Maximæ falsæ litteræ. T. Quintii urge
bant dicuntur litteræ fallaces: quæ médacio
fallant. non imitatione falsa: ut Liuius libro
viii. Fallacibus litteris circa latium nomẽq;
uolscum missis.

Falsus animi pro animo uetereres dicebant: & i-
gens uirium pro uiribus: & diues opum pro
opibus. Virgilius: Dies opum studiisq; asper
rima belli. Terentius in eunucho: ut falsus a-
nimi est. Donatus.

Falsus. Virgilius primo georgicorum. Solé qs
dicere falsum audeat. Salu. Multos mortales
falsos fieri coegit. Ser.

Falsum & fallacia propterea dicuntur q̃ fando
quem decipit: ac contra id quod dixit faciat.
Itaq; fi quis te fallit in hoc non proprio nó-
mine fallacia: sed translatio: ut a pede nostro
pes lecti. Varro.

Falsum uanum & fictum differunt. Falsum est
quo tegitur id quod fieri non potest. Vanú
quod fieri non potest. Fictum quod non est
factum: quod fieri potuit. Vel falsum est fi-
ctum mendacium simile ueritati. Vanú nec
possibile nec uerisimile. Fictum totum sine
uero: sed uerisimile. Falsum loqui mendacis
est. Fictum callidi. Vanum stulti. Falsum lo-
qui culpæ est. Fictum uirtutis. Vanú uecor-
diæ. Falsis decipimur. Fictis delectamur. Va
na contemnimus. Terentius i eunucho. Sin
falsum aut uanum aut fictum continuo pa-
lam est. Do.

Fama a fando dicta est. Fe.

Fama spes pro futuri nomine. Virgi. iiii. ænei.
Nos munera templi quippe tuis ferimus fa-
mamq; fouemus inanem. No.

Fama est rursus infamia. Virgilius quarto ge-
orgicorum. Neque enim spe famaque moué
tur. Vnde & famosus dictus est infamis. Te-
rentius in adelphis. Maledicta fama meum a
morem & peccatum in se transtulit. Plautus
i asina. Qui me miserum fecit fama flagitiis
tuis. Lucti. lib. primo. Quin optimus ille iu-
re tantum pater huius & famosus fuit: utrin
que primo adolescens posterius clarestius se
se. Turpili. in epidi. Quæso omitte ac desci
meretricé quæ te semel macta est: semp stu-
duit perdere detegere dispoliare opplere te a
deo fama ac flagitiis. M. T. de repu. li. iiii. At-
que etiã siqua erat famosa & cognatio fæcu-
lum nõ ferebat. Salu. in iugur. Is postq; largi-
tione regis famosam ipudéréq. Neuius desi
bito fama tollit: siquã soluí uidemus in uia.
Nonius.

Fama a fari: hinc famosus & famigerabilis. V.

Fama est opinio secundũ consuetudinẽ. Vir.
gilius. iii. æn. Fama uolat pulsum regnis ces.
sisse paternis Idomenea ducem. No.

Fama atq; rumor pars altera consensum ciui-
tatis: & uelut publicũ testimoniũ notat. Al-
teram sermonem sine ullo certo auctore di
spersum: & cui malitia initiũ dederit: si creme
tum credulitas: q̃ nulli non etiam continen
tissimo possit accidere fraude inimicorũ fal
sa uulgantium. Quintil.

Famosam infamen. Ci. de ora. li. ii. Non pol in
quit audeo. nam me ad famosas uetuit mare
accedere. No.

Famosus pro infami Turpi. ut famosa mulier
quæ nosci tur impudica. No.

Famelicosam terram palustrem uocabant. Fe.
stus Pompeius.

Famelicus a fame & edẽdo dictus: quasi fame
dicus. Dona.

Familia antea in liberis hominibus dicebatur
quorum dux & princeps generis uocabatur
pater & mater familiæ. Vnde familiæ nobi-
liũ Pompeiorũ: Valeriorũ: Corneliorũ: & fa-
miliares ex eadem familia: postea hoc nomi
ne famuli etiam appellari cœperunt: permu
tata i in u littera. Fe. Pom.

Familia uarie accepta est. nã & i res & i plonas
deducit. In res ut in lege. xii. tabulaꝝ. his uer
bis. Agnatus proximus familiã habeto. Terẽ. i
heau. Decem dieꝝ uix mihi est familia. in p-
sonas aut natura: aut iure sub unius potesta
te subiectus uti filios nepotesq; & deinceps
seruitutes quoq; appellare familiam. Fe.

Famino dicito. Festus.

Familiaris romanus priuatus. Fe.

Familiariter ferre: ideſt grauiter & molestẽ. Te
rentius in an. Huius mortẽ tam fert familia
riter. Ná quæ nobis sunt familiaria: sunt aio
nostrochara. Dona.

Famuli origo ab oscis depẽdet: apud quos ser
uus famul nomiabatur. Vnde & familia uo
cata. Festus.

Famulant pro seruiũt. Mar. Tul. de repub. lib.
iii. Est enim iniusta seruitutis: cũ hi sunt al
terius qui sui possunt esse: cũ hi aut famula
tur. Et de offi. lib. iii. Quam hi seruitutis fa
mulatus: & seruientis uoluptati. No.

Famulitas est seruitus. Actius in Andromada. Ná postq famulos uos oppressit famulitas. Pacu. in atalãte. Quas famulitas uis: ægestas fama: formido: pauor: Nonius.

Famulanter pro suppliciter. Acti. in tereo. Denunciat mane natum semel affare & famulãter pete. Nonius.

Famulicium dum multa narrãt: unus e famulicio euangelium adesse nunciat.

Famul famulus. Ennius libr. ix. Mortalẽ summum fortuna repente reddidit sũmo regno famulut optimus esset. No. Mar.

Familiæ appellatiõe omnes qui in seruitio sũt continent unius seruus familiæ appellatiõe non continetur: nec duo quidem familiã faciunt.

Familiæ appellatione & ipse princeps cõtinet fœminarum liberos i familia earum nõ esse palam est. Quia qui nascunt patris non matris familiam sequunt.

Fanã q fando consecrantur. Fe.

Faneta Orpheus dixit solem. i. a lumine: atque illuminatione. Fe.

Fauissæ id esse cellas quasdã & cisternas: quæ in area sub têrra essent: ubi reponi solerẽt signa uetera: quæ ex tẽplo essent: & alia quædam religiose donis consecratis fauisas esse dictas cellas quasdam & specus quibus æditui capitolii uterentur ad custodiẽdas res ueteres & religiosas. Aulus. G.

Faunus deus agrorum & syluarum. Horatius libro carminum. Nisi faunus iuturus dextra leuassẽt. Acron.

Faunus quidam incubum dicunt. Horatius libro carminum. Lucretilem mutat liceo faunus. Acron.

Faunus est deus quidam.

Fanula ueteres parua delubra dixerũt hanula loco f ponentes aspirationem. Fit enim hæc uox ab eo quod est fanum. Sunt enim dicta hanula quasi fanula.

Fando passiue prorulit. Virgilius: ut fando ali quid si forte tuas peruenit ad aures. Gerundia enim communium uerborum communem habent significationem. Fari quidẽ nõ erat antiquitus.

Farcimina a farrura extorum appellata ab eo in quo est tenuissimum intestinum fartum. Festus Pompeius.

Farrago ex segete: ubi fata admixta ordeum & uicia & legumina pabuli causa uiridia ferro cæsa farrago dicta: aut in fe quod primum i farragia segete seri cœpta ea equi & iumẽta cæteri ue rno tempore purgantur ac saginãtur. Var.

Farrago appellat id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis. Fe. Pom.

Farsenum uirgulti genus. Fe.

Farfarus Syriæ fluuius in radicibus libani mõtis emittit: & per Antiochiã fluens i syriaco miscet mari apud Simeonis portũ.

Farfarus est arbor. Plau. ut folia farfari.

Fareum genus libi ex farre factum. Fe. Pom.

Fartores nomenclatores: qui clam uelut infartiant nomina salutatorum in aurem cãdidati. Festus Pom.

Fartores qui lixicia & farcimina farciunt. Terẽ. in eunucho. Cupidenarii omnes cetarii: lanii coqui fartores. Dona.

Farus pro turri quæ naufragio extollit: ne marino scopulo quis faciat naufragium dicit: a phos quod est lux: & scribe pharus cum ph.

Farrus nomẽ est maris ubicunq; facta quocũque casu diuisione furens incidit: utputa inter Italiam & Siciliã: quas quidam existimãt olim fuisse coniũctas ex terræmotu postea separatas: a qua separatiõe id mare quod medium inter eas impetu fertur: pharus dicitur Nam pharos græce: latine diuisio sonat: uerũ hoc nomẽ Siciliæ pharus præ cæteris seruauit: seu quia máisefhor fuit diuisio: seu quia notior a græcis atq; latinis: huic superemĩet ab Italia Rhegium: & a Sicilia Messana ciuitas inclyta: cum ph scribe.

Fasces quam habeant significationem manifestum est. Virgilius secundo georgicorum. Illum non populo fasces non purpura regum Flexit. Nonius.

Fas. Horatius libro carminum. Fas paruitates est mihi tradas. Fas non significat non licet: sed possibile est. Vult enim se agnũ esse mysteriis. Acron.

Fas genitiuum non habet. Nam siue faris: seu faris uel fassis dicamus: aliud potest significare. Prisciani us.

Fascem pondus onus. Vir. in buc. Ego hoc te fascẽ leuabo. Nonius.

Fascem consulum posuit. Virg. ii. geor. Iniusto sub fascẽ uiam dum carpit. No.

Fasceam pro cortice. Varro i gerũto didascolo In quibuslibet sacraturi fasciis cingit fore libet pro corpore. Vir. geor. lib. iiii. Vdoq; docent inolescere libro. Nonius.

Fascinum cloatius uerrius fascinum appellat: quasi bascanum: & fascinare cõmode ac sane conducentur. Au. G.

Fascinium & fas a fando nominantur. Fe.

Fasius diuinum & ad religionẽ pertinens. Str.

Faselus nauicula breuis. Virgilius quarto georgicorum. Et circumpictis uehitur sua rura faselis. Seruius.

Lastigium ædificii summum. Fe.

Fastigium ima altitudo. Virgilius secundo georgicorum. Forsitan & scrobibus quæ sin t

faſtigia quæris. Varro de re ruſtica li.i. Aquã quæ cælo uenit recipere poteſt: aut faſtigiũ ut exeat fundo aggeris. No.

Faſtigium ſummæ & imæ partis poſſumus dicere. Virgilius ſecundo georgicorum. Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæris. Et primo æneidos. & faſtigia ſuſpicit urbis: uti & altum mare: & altum cælum dicimus. Seruius.

Faſtigare in faſtigium tendere: & in cacumine erumpere. Plinius libro. xviii. Verno tempore faſtigantur in ſtipulam.

Faſtigia conſuetudine ſummæ altitudines dici putantur: cum ſint & imæ ſignificãt fines. Virgilius ſecundo georgicorum. Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæris. Cicero de officiis libro tertio. Sed quo opere in cohato proprie tamen abſoluto tibi faſtigiũ imponimus. Nonius.

Faſtis diebus iucunda fari licet: nefaſtis quidẽ non licebat fari. Fe.

Faſtidiliter faſtidioſe. Varro. Credo hodie uel quibus in ſtabulis animus ardens mutabiliter habere: & non faſtidiliter inconſtanti pectore. Nonius.

Faſſi confeſſi qui fari id quod ab aliis quæſitũ hinc profeſſi.

Faſti dies quibus certa uerba legitima ſiue piaculo præſtoribus licet fari. Varro.

Faſtidioſus actiue ponitur pro eo qui faſtidit. Faſtorum libri appellantur: in quibus totius animi ſit deſcriptio. Faſti enĩ dies feſti ſunt Feſtus.

Faſga mons eſt ſupra iordanem: in terra Moab contra Ierico: ſub quo Genua ciuitas in campo Moab.

Faſcinium: deterſa enim lingua fronte mulieres amputare ſe faſcinium infantibus putãt. Acron.

Faſces honores. Hora. libro car. Superbos Tarquini faſces. Acron.

Faſtus. Horatius libro tertio carminum. Per memores genus omne faſtos: per faſtos autem conſules uult accipi: qui nobilitatis ſi poſteros memoriam teſtarentur: qui dat nomina faſtis. Acron.

Faſti dies ſunt quibus ius fatur. i. dicit. Vnde nefaſti quibus non dicitur. Pri.

Faſtus a fando uerbo quartæ decliationis: quado uero, p ánali accipit: a faſtis & nefaſtis diebus dicitur ſecundæ & quartæ: ut Lucanus in decimo. Nec meus eudoxi uincetur faſtibus annus. Et Varro in ephimeride. Poſtea honoris uirtutum cauſa Iulii Cæſaris: qui faſtos correxit menſis Iulius appellatus eſt.

Fatur is q primũ homo ſignificabile ore emittit uocem ab eo anteq̃ ita faciãt pueri dicãt infantes: cum id faciunt iam fari: cũ hoc uocabulorum a ſimilitudine uocũ pueri: ac fatuus fari id dictum. Var.

Fatui cibi dicuntur qui carent ſale.

Fatuus qui fatur quod puer primo fac̃. Var.

Fatum ab hoc tempore quod tum pueris conſtituant parce fando dictum fatum & res fatales. Varro.

Fatidici dicti qui futura prædiuinando ſoleãt fari. Varro.

Fatigare cohibere comprimere. Mar. Tulli. de offi. libro tertio. Qui non uerbis ſunt & diſputatione philoſophorũ: ſed uinculis & carcere fatigandi. Nonius.

Fatigare commouere perturbare. Virg. primo ænei. Quæ mare nunc terraſq; metu cælũq; fatigat. Nonius.

Fatigare percutere. Vir. lib. ix. Verſaq; iuuẽcã terga fatigamus haſta.

Fatigare excitare uel ſcrepare uel hortari. Virgilius ænei. iiii. Socioſq; fatigat præcipites uigilate uiri. Nonius.

Fatigare poſitum pro fatigari. Virgilius libro octauo. Olim remigio noctemque diemque fatigant.

Fatigare iſtigare cogere. Virgilius libro nono. Collecta fatigat ex longo rabies: & ſiccæ ſanguine fauces. Nonius.

Fatigare ad laſſitudinem deducere. Virgilius quinto æneidos. Veloces iaculo certos curſuq; fatigat. Et libro nono. Quos nulla fatigat Præſia. Nonius.

Fata dicuntur q augures finem auſpicioq; cæleſtium extra urbem agri ſunt effati.

Fatantur multa fantur. Fe.

Fatiſcere eſt aperire rurſum uel deficere. Actiue in epinauſimache. Tam ut fatiſcat qui tuam implorem fidem. Pacu. in doloreſte: ut ſi ita ſunt, pmerita noſtra æqperare: ut queam ue reor: niſi nunq̃ fatiſcere quod q boni. N.

Fatiſcunt qui fatiſcunt. Actius in epinauſimache. Tantum haud fatiſcat qui tuam implorem fidem. No.

Fatiſcit abundanter aperit. Fatim enim abundanter dicimus. unde & affatim. Virgilius. i. ænei. Accipiunt inimicum imbrem rimiſq; fatiſcunt. Ser.

Fatiſco ſoluo abundanter aperio. Virg. primo geor. Neu puluere uita fatiſcit. Et. i. æne. Rimiſq; fatiſcunt. dictũ autem a fatim. i. abundanter: unde affatim & hiſco. Ser.

Fatigatum de corpore dicimus. Ser.

Fatua dicit etiam terra a fando: quod infantes partu editi non prius uocem edunt q̃ attigerint terram. Ma. de ſa.

Fatum eſt cõnexio rerum per æternitatem ſe inuicem: tenens quæ ſuo ordine & lege ua-

rantur:ita tamen ut ipsa uarietas habeat æternitatem.Cicero.

Fatum significat decretum & uoluntatē. Virgilius ænei.libro.viii. Heu ītirpem iuisam & fatis contraria nostris Fata phrygum.Idem i eodem.Filius huic fato proleſq; uirilis nulla fuit.Nonius.

Fatum nutus.Vir.fatis iunonis iniquæ.

Fatuos & faunos ſiluestres a fando. Fe.

Fatuus & inſulſus differunt. Fatuus eſt inepta loquens:& a fando fatui dicuntur. Fatuus ē uerbis ac dictis.Inſulſus corde atq; aío. Terētius in eunucho. Fatuus eſt inſulſus tardus: ſtetitq; nōctes & dies.Fatui dīi quoq; ſunt q & fauni dicuntur & nō ſtultiſsēd multū fantes.Donatus.

Fatuus quære in dictione ſtultus.Lau.

Fatale.Horatius libro car.Daret ut cathenis ſatale monſtrum:ideſt maiorem q̄ ſexus exigebat: animoſitate fatalem uixit aut turpem. Vnde & proſtantes fatales dicūtur: ut eſt ro mæ non caſte:aut uelit monſtrum fatis ſibi reſeruatum:ut fato Romano ſubiectum. Acron.

Fatiſus olim dacorum fluuius.

Fatiloquus fatiloquētior format & fatiloquētiſſimus. Lau.

Fauni a fando:ſiue a faudo: hoc eſt dum pontifex maximus dedicat certa uerba'fatur.Feſtus Pompeius.

Fauni & uates olim canebant uerſus fauni dei latinorum:ita ut faunus & fauna ſint in uersibus quos uocant ſaturnios:i ſilueſtribus locis traditū eſt ſolitos fari:quos fando fatuos dictos.Varro.

Fauī a fauendo. Feſtus Pom.

Fauiani & Quintiliani appellababantur luperci ta Fauio & Quintilio prępoſitis ſuis . Feſtus Pompeius.

Fauentia bonam ominationem ſignificat. Nā præcones clamantes populum ſacrificiis fanere iubebant.Feſtus.

Fauere ſilere:fauere linguis:fauere uerbis.Vir. Ore fauete omnes. Teré.in an.Fauete adeſte æquo animo.Dona.

Fauere hoc uerbum: non ut plærīq; exiſtimāt a fauore trahitur:ſed paratur ſilentium:ut rite peragi poſſit ſacrum nulla uoce mala obſtrepente.Sene.ad gal.

Fauere enim eſt bona fari: ac ueteres poetæ p ſilere uſi ſunt fauere.Fe.

Fauſtulum porcellum fœturam porcoꝝ.Fe.

Fauſtum & feſtum hoc differūt. Eſt enim fauſtum quaſi a fauendo dictum: ac per hoc p ſperum & propitium.Feſtum autem ſolenni ter lætum & feriatum.Virgilius ſecundo æneidos.Feſtoſq; dies de nomine phœbi. Terentius.O fauſtum & fœlicem diem, No.

Fauentinus a fauentia: & Rheatinus a rheate. Varro.

Fauna dicitur terra q̄ omni uſui animantium fauet.Ma.de ſa.

Fauſtitas nouæ fœlicitatis dicta. Hor.lib.car. Tutus enim bono fauſtitas per mare nautæ complexi.Acron.

Fauēcia eſt i medio Bononiæ & Rauēnæ: & a liaq; ciuitatū per quā iter eſt Romam . Stra.

Fax pro face.Varro in gerunto didaſcalo. Cōfluit mulierum tota Roma: quæ noctu fieri initia ſolita:& nunc pinea fax indicat. Idē ſexageſimo. Adeſt fax inuoluta incendio.Idem de uita patrum libro ſecundo . Cum a noua nupta ignis in facie affertur fuco eius ſumptus:cum fax ex pinu alba eſſetiut eam puer i genuus afferrer.No.

Faxim pro fecerim.En.i phœnice. Plus miſer ſum:ſi ſceleſtum faxim quod dicam fore.N.

Faxo pro faciam.Vir.ænei.li.xii. Ego ſidera fa xo firma manu.Ser.

